BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXV
D
5
NAPOLI

R. 156.11.

Digitized by Google

CAROLI POGGII
DE NOBILITATE
LIBER DISCEPTATORIVS,

ET

LEONARDI CHIENSIS
DE VERA NOBILITATE

CONTRA

POGGIVM
TRACTATVS APOLOGETICVS,

CVM

EORVM VITA,

ET

ANNOTATIONIBVS

ABBATIS MICHAELIS IVSTINIANI,

PATRITII IANVENSIS

EX CHII DYNASTIS.

AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS.

D. FRANCISCVM MARINVM
CARACCIOLVM

ABELLINENSIVM PRINCIPEM.

Abellini, Typis Hæredum Camilli Caualli. MDCLVII.

Cum licentia Superiorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS.

DOMINO

FRANCISCO

MARINO CARACCIOLO,

ABELLINENSIVM PRINCIPI,

MAGNO REGNI CANCELLARIO, Equeſtriſque Exercitus

DVCI

ABBAS MICHAEL IVSTINIANVS.

VETVSTIORA Chiorum monumenta perquirenti mihi, ſcribentique in manus incidit Libellus Apologeticus de Vera Nobilitate contra Carolum Poggium à Leonardo Chio, Mitylenæorum Archiepiſcopo, ducentis ab hinc annis luculentèr conſcriptus. Cumque opus huiuſmodi valdè probatum fuerit à viris ſelectiſſimæ eruditionis, pluriès meditatus ſum, ad publicam literatorum vtilitatem, & ſolatium, ipſiuſque Authoris nomen, Ordini ſui Prædicatorum penè obſcurum, illuſtrandum, illud cum eiuſdem Poggij Opuſculo, nonnulliſque meis annotationibus prælo committere. Verùm, poſtquàm diù cogitarim,

a 2 *cui*

cui nobili; & literato, populorumque belli, paciſque tempore regendorum idoneo, has lucubrationes meritò dicarem, Tu inter cæteros Italiæ proceres occurriſti; qui ea natus es familia, quæ vetuſtiſſimam, & nobiliſſimam ducit originem ab illa Græcia, in qua Author ipſe, liberq; ortum habuere, et ex qua proſapia tot viri tũ vitæ integritate, & doctrina, tũ politicis, & Eccleſiaſticis dignitatibus præclariſſimi prodiere. Quibus accedunt, in Regno præſertim hoc Neapolitano innumera propè loca, ciuibus non minus virtute, quam nobilitate ſpectabilibus referta; quæ Maiores tui pietate, iuſtitia, & munificentia gubernarunt; de quibus hìc agere nimis longum foret, & vnius Epiſtolæ excederentur limites; cum aliàs permulti de illis abundantiſſimè ſcripſerint hiſtorici; & Tu ampliſſimi paterni dominatus ſubditos ità laudabiliter moderaris, vt improbi te vereantur, & fugiant, vel corripiantur: probi te ament, & reuereantur: finitimique populi, vt pace fruantur, vt feliciter viuant, ſub tuum confugiant præſidium, Teque Dominum agnoſcant, & ſalutent. Tu, inquam, qui antè natalem diem patre orbatus, tibi ipſi viam ſternere velociter noſti, quæ ad virtutis, & gloriæ cul-

men

men tardè euehit; à teneris enim vnguiculis literarum ſtudijs, in quibus præclarum dediſti, & das ſpecimen, ſedulò operam nauaſti; &, quod ad rem pertinet, à propria virtute nobilitatem, & gloriam quærendam eſſe in tuis ſcriptis doctiſſimè doces, & ingenuè fateris. Has animi, corporiſque dotes, quas natura tibi liberaliſſimè elargita eſt, cũ Ioſephus Baptiſta, huius ſæculi celebris literatus, cumulatiſsimè enumerarit in ſuis Rhythmis Melicis, ſilentio præterire duxi. Tu inſuper, qui ea munera, quæ à Maioribus tuis non accepiſti, adhuc florente ætate, poſteris affluenter tradis. Roma nil admirari aſſueta, admirari non deſtitit tuæ Legationis munus apud felicis recordationis Innocẽtium Decimum pro Rege Catholico, non tàm varia magnificentiſsimorum apparatuum pompa, quàm venuſtiſſima tui aſpectus maieſtate memorabile. Regnum hoc Neapolitanum, à Galliarum Rege, ingenti claſſe, Principe Thoma Sabaudienſi Præfecto primùm, Duce deindè Henrico Guiſio, vexatum, tuo potiſsimùm conſilio, & fortitudine liberatum, æterna cum nominis tui commendatione non ſemel inſpeximus, vt in Beatæ Virginis Conſtantinopolitanæ origine id quoque indicaui. Tu itidem, qui

ſupe-

ſuperiori anno hanc tuam Urbem, diriſſima lue laborantem, proprioque Paſtore viduatam, vti amantiſſimus Pater ſpiritualibus, & temporalibus præſidijs, non ſine tua vita periculo, me teſte oculato, ſolatus es, & non vno tutatus es modo, vt fuſiùs in peculiari narraui hiſtoria. Tu tandem, cuius eximius in rebus bellicis valor eundem Regem ſuaſit, vt Equeſtris Exercitus Neapolitani Ducem te nuper eligeret ad Galliæ Ciſalpinæ Statum defendendum aduerſus potentiſſimum hoſtem, eiuſque audaciam reprimendum; Marini Caraccioli Cardinalis, eiuſdẽ Ducatus pro inuictiſſimo Carolo V. Imperatore prudẽtiſſimi Moderatoris, & Marchionis Dauali pro eodem Cæſare pedeſtris exercitus ſtrenuiſſimi Ducis, cũ paterni, tũ materni Auorũ tuorũ politicã, & militarem gloriã propria virtute renouaturum, & amplificaturũ conſultiſſimè ſibi perſuadens. Deus interim Optimus Maximus te ſeruet incolumen ad Familiæ ſplendorem, ad Patriæ tutamen, ad Italicæ gentis ornamentum. Abellini, die VIII. Maij MDCCVII.

Digitized by Google

Illuſtriſs. & Eruditiſs. Domino

ABBATI MICHAELI IVSTINIANO

Ioſephus Baptiſta S.P.D.

LEonardi Chij aduerſus Carolum Poggium de vera nobilitate libellum auidior lectitaui, & non ſine voluptatis aucupio. Singulares tuæ humanitati gratias ago, aget & omnis literatorum Reſpublica. Etenim ope, conſilioque tuo factum eſt, vt Græci Viri lucubrationes, quæ tineas paſcebãt inertes, luce fruerentur optata, atque inter hominum manus verſarentur. Vterque Virtutis iura, vt par eſt, acerrimo tuetur patrocinio. Quis autem, cum peculiares gentium mores recenſet, ad veritatem propiùs accedat, affirmare non auſim: tum quia ad diſſoluendos ænigmatum ſcirpos me fateor ineptum, cum Dauus ſim, non Oedipus: tum quia de hac re quot capita, tot ſententiæ, veramque nobilitatem quiſque arbitratu ſuo metitur, & ſomnia ſibi fingit, vt illam populis, quos præcipuo proſequitur amore, impertiatur, vt lubet. Modeſtiùs egiſſent, ſi nullas vellicaſſent nationes. Minus præſeferunt nobiles, cum de nobilitate ſermocinantur. Ingenui homines neminem lædunt, & ſi læſi. Peccant igitur in eo, quod ipſi commendant. Et fortaſſis octipedem excitant, & irritant crabrones. De re diſſerendum erat neruoſiùs, & firmioribus argumentis, ni fallor, in qua machæris dimicant, quæ non ſecant, & pugionibus plumbeis. Adſit tamen reuerentia vero, Scri-

ptor

ptor Chius lacerto pugnat validiori, licet Sermone minùs compto. Mores hominum non ſunt laceran-di dente Theonino. Si ij non placent, ſilentio obli-terentur, non aſpergantur ſucco loliginis. Vnum doleo, quod Nobiles æuo noſtro non pauci, cum nullam habeant propriæ virtutis claritatem, ad ge-neris obſcuritatem confugiunt. Diogenis apoph-thegma verum eſſe hac tempeſtate probant, nobi-litatem ſcilicet nihil aliud eſſe, quàm velamen mali-tiæ. Ipſi enim cum alijs nihilo ſint meliores, tamen peccant licentiùs. Falsò optimates, cum optima peſ-ſundent. Solam habẽt nobilitatis imaginẽ, cum ima-gines iactant auitas. Fumus eſt inanis nobilitas illa, quæ fumoſas atauorum tabulas tantùm oſtentat. Inanimis ille honos, qui quæritur e ſimulacris, & pu-trefactus, dum petitur a ſepulcris. Mihi ſat eſt Au-toris genium agnouiſſe, atque ingenium. Immò hu-iuſmodi lectio diſceptationis anſam mihi præbuit tuam ineundi beneuolentiam, tecumque neceſſitu-dinem coniungendi, qua mihi nihil antiquius. Vale.
Neapoli. Tertio Kal. Octobr. M.DC.LV.

Digitized by Google

DE

NOBILITATE

AD INSIGNEM OMNIQVE LAVDE PRÆSTANTISSIMVM VIRVM GERARDVM CVMANVM POGGII FLORENTINI,

LIBER:

NON dubito, præſtantiſſime Pater, non nullos eſſe futuros, qui hunc meum laborem, non quidem apertè reprehendant: quis enim tam iniquus eſt Iudex, qui honeſtum ocium culparet? ſed imparem dicant viribus meis, qui nequiuerim onus ſuſcepti muneris ſuſtinere. Quibus ego forſan aſſentiar, & opus à me inchoatum maiori dignum ingenio, & eloquentia profitebor. Sed & illud etiam addam, exercitij gratia potius, quàm dicendi ſtudio deſcendiſſe me in hoc veluti certamen nobilitatis: in quo poſtmodum reliqui maiori cum laude, & dicendi copia verſarentur. Et quidèm miror aliquandò, cum tam latè pateat nobilitatis nomen, cumque de ea tam variæ ſint, non ſolùm inter rudes litterarum,

Digitized by Google

ſed etiam inter doctiſſimos viros ſententiæ; nihil à Latinis,niſi paucis verbis, neque Græcis quoque, præter Ariſtotelem, & Metrodorum, quorum vterque vnico libro nobilitatem complexus eſt, hac de re explicatum. Itaque poſteaquam noſtra deeſſe, & carere nos alienis proſpexi; haud abſurdum viſum eſt mihi, aliquod veluti principium eius rei diſputandæ afferre in medium: quam poſtmodum doctiores à nobis excitati politiorem, exquiſitioremque ſua ſapientia queant reddere. In omni enim facultate primi rerum Scriptores, vt plurimùm tardiores, rudioreſque ſunt habiti. Neque quicquam à principio ita ſimul inuentum, traditumque extitit: vt non multa poſteriores tum addiderint, tum etiam in melius immutarint. Quod & in ipſa Philoſophia, quæ parens eſt ſapientiæ, & in his artibus, quas appellant liberales, ſcimus contigiſſe, cum omnes additamento ad ſummum culmen peruenerint, ſatis fuit Prioribus illis incitamenta quædam, & veluti calcar indidiſſe reliquis perfectiora inquirendi. Eodem pacto hunc meum libellum exiſtimo alicuius ingenium erecturum, qui ea, quæ à nobis, aut prætermiſſa, aut errata cognouerit, reddat ſua diligentia meliora. Quod vt conentur, qui id per doctrinam, & eloquentiam poſſunt, vehementer hortor, ob vtilitatem communem. Hoc enim maximè modo latinæ linguæ ſplendorem, ac decus augebit differentium induſtria, mihique in primis gratias agent, qui meis ineptijs illos adſcribendi ſtudium, & laudem prouocarim. A Lectoribus autem veniam peto, ſi non eam, quam vel rei dignitas, aut opinio eorum inqui-

Pauci de nobilitate ſcripſerũt.

Humilitatem ſtili excuſat.

. inquirit, ſcientiam, & elegantiam præſtiti, malui enim ruditèr, atque indoctè, quam nihil ſcribere, præſertim ocioſus, & ea de re, in cuius exiſtimatione pauci videntur recta ſentire. Ad te vero virum hac noſtra ætate omnium virtutum, & litterarum genere maioribus comparandum, libellum hunc deſtinaui, veluti teſtem amoris erga te mei, vt in tua auctoritate, & nomine conquieſcat. Adijcietur ei non parum fauoris, & dignitatis ex tua excellenti virtute, cum omnes exiſtimaturi ſint, quicquid ad te deferatur, emendatum, ac perfectum eſſe debere. Suſcipe igitur hunc libellum, in quo de vera nobilitate diſputatur. De qua cum alios ſæpius multos diſputantes audiui, tum vel maximè dudum diſertiſſimos, mihique ſumma familiaritate coniunctos. Nam cum olim ex vrbe in patriã ſeceſſiſſem, aeris mutandi gratia, venerunt eòdem rogatu meo doctiſſimi mihique amici viri Nicolaus Nicolus, ac Laurentius de Medicis: quos ad id pellexeram præcipuè nonnullorum, quæ ex vrbe aduexerã, ſignorum oſtentatione. Hi cum eſſent in hortulo, quem peregrinis quibuſdam marmoribus celebrem reddere cupiebam, paruulæ ſupellectilis indicio: ridens cum ocellos circumtuliſſet Laurentius: Hic hoſpes noſter, inquit, cum legerit, fuiſſe moris antiqui apud priſcos illos excellentes viros, vt domos, villas, hortos, porticus, gymnaſia varijs ſignis, tabuliſque, maiorum quoque ſtatuis, exornarent, ad gloriam, & nobilitandum genus: voluit, cùm progenitorum imagines deeſſent, hunc locum, & ſe inſuper, his puſillis, & confractis marmoris reliquijs nobilem reddere, vt

Occaſio de nobilitate ſcribendi.

Digitized by Google

rei nouitate aliqua eius ad poſteros illis gloria ma-
Nicolaus. naret. Si hoc appetit, Nicolaus inquit, aliundè eruē-
da materia nobilitatis erit, non ex ſignis, & mar-
morum fragmentis dirutis, & Viro ſapienti non ad-
modum appetendis, ſed ex animo, hoc eſt, ex ſapien-
tia, & virtute excutienda nobis eſt, quæ ſola erigit
Laurentius. homines ad laudem nobilitatis. Licet, Laurentius
inquit, ea plurimum ad largiendam nobilitatem pu-
tem conferre; diuina enim quædam res virtus habe-
tur, & ab omnibus appetenda, tamen tabulis ſigno-
rum varietate, atque elegantia, opibus, rerum co-
pia, magiſtratibus inſuper, atque imperijs parari no-
bilitatem videmus; etiam in eis, qui non clarent alio
òrnamento virtutum, eaque ab egregijs ingenijs, &
appetita, & culta legimus. Nam conſtat, priſcos etiã
doctiſſimos viros in ſignis, & tabulis comparandis
plurimum operæ, ſtudijque poſuiſſe. Cicero ipſe,
Varro, Ariſtoteles, cæterique, tũ Græci, tum Latini
inſignes omnium doctrinarum genere viri, qui vir-
tutum ſpecie ad ſtudia ſe contulerunt, eiuſmodi re-
bus ſuas quoque bibliothecas, & hortos excole-
bant, ad loca ipſa, in quibus conſtituta erant, nobili-
tanda, idque laudis, & induſtriæ eſſe volebant. Mul-
tum enim ad nobilitandum, excitandumque ani-
mum conferre exiſtimauerunt imagines eorum, qui
gloriæ, & ſapientiæ ſtudijs floruiſſent, ante oculos
Nicolaus. poſitas. Atqui, Nicolaus inquit, ſi qui ſigna, & ta-
bulas domi habent, nobilitatem conſequuntur, mul-
tò magis ſculptores, pictoreſque nobilitatis inſigni-
bus cæteros anteirent. Fœneratores quoque ſi eſ-
ſent ditiſſimi, ac in magiſtratu, imperijſque conſtitu-

ti,

ti, quantumuis improbi, nefarijque, nobiles euaderent, quo nihil indignius dici poteſt, quam flagitijs, aut rapinis, vel aliquo turpi quæſtu aditum ſibi, quempiam patefacere ad nobilitatem. Tum Laurentius, & ſtatuarios, inquit, ac Pictores, quos ars ſua celebres, atque inſignes reddit, opulentos inſuper ex re vndecumque contracta maximis quoque facinoribus notos, ſi verbum inſpexeritis, rectè nobiles dicemus. Itaque, & plurimum ſtudijs litterarum præſtantem, & famoſum latronem nobilem dici licet, alterum ob inſigne flagitium, alterum ob doctrinam, & ſapientiam ſingularem. Q. Cicero ſcribens ad fratrem de petitione conſulatus, cum de Antonio, & Catilina competitoribus loqueretur: *Nequaquam ſunt*, inquit, *tàm genere inſignes, quàm vitijs nobiles*. Nobiles enim antiqui appellabant eum, qui ob aliquam præcipuam rem, notus, & vulgatus, & aliquo pacto arte inſignis erat, & ſermone hominum celebris. Cicero noſter inquit; *Præſtanti ſapientia, & nobilitate Pythagoras*. Alio in loco de eodem: *Philoſophus nobilis, à quo non ſolum Græcia, & Italia, ſed omnis barbaries commota eſt*. Pro Archia item de Philoſophis: *In eo ipſos, in quo prædicationem, nobilitatemque deſpiciunt, prædicari de ſe, ac nominari volunt*. Liuius quoque, *hac pugna*, inquit, *Allienſi cladi nobilitati propè par*. Et alibi. *Cum antea ferocibus dictis rem nobilitaſſent*. Quibus verbis rem nobilem appellari conſtat, ſermone, & fama hominum vulgatam. Verum non de ea nobilitate quærimus, quæ in vitio poſita turpitudinem affert, ſed de ea, quæ non

Laurentius.

Cicero.

T. Liuius.

respuit

Digitized by Google

reſpuit Virtutis ſocietatem, quam ſi neges ex his, quas modo retuli, rebus comparari, peruulgatæ de ea opinioni, & communi omnium ſenſui repugnas. Omnes enim illum dici, & eſſe nobilem affirmant, qui antiqua familia, opulentis maioribus cum honore, ac dignitate in ſua Republica verſatis originem trahant. Quamobrem ſi noſtris moribus, & inueteratæ hominum exiſtimationi aſſentiendum putas, ſi id verum exiſtimas, quod vulgus tenet, qui in eiuſmodi rebus plurimum auctoritatis poſſidet, mecum de nobilitate ſentias, oportet. Doctiſſimorum ne hominum, inquit Nicolaus, an vulgi, & plebis iudicio diſputandum cenſes? Nam ſi opinionibus, & moribus hominum ducaris, intelliges nullam ſedem eſſe nobilitatis, in qua poſſit conſiſtere. Cum enim varij ſint, interque ſe admodum repugnantes, non intelligo, quæ certa ex his nobilitatis norma eligi poſſit. Nomen quidem apud omnes conuenit, res admodum diſcrepat, vt nihil minus perſæpè credam nobilis nomen mereri, quam eum, qui id nomen vſurpet. Si qua eſt enim nobilitas, atque ea à certa re, & ratione, prout concedendum eſt, proficiſcitur, vnam apud omnes, atque eandem eſſe decet. Sed cum nihil minus vulgi opinio reſpiciat, quam virtutem, aut rationem in appellatione nobilis, ac proptereà varietur admodum pro cuius generis vſu, & opinione, quæ ad modum ſibi inuicem repugnant; non à certa, ac determinata re, ſed à quadam conſuetudine hominum inconſulta videtur duci, atque ob eam rem, an hæc decantata ſermone omnium nobilitas, aliquid, præter inane nomen, exiſtat, ali-

Nicolaus.

quando

Digitized by Google

quando dubitare cogor. Nam ſi quid ea eſt, aut à vitio, aut à virtute proficiſcitur. Ex vitio nobilitatem oriri, ſtultum eſt credere. Virtus ſi nobilitatem parit, cũ ea ſit vna, atq; eadẽ ſemper, nec vſu hominũ varietur, ita ſit & nobilitas neceſſe eſt. Sed hæc ita apud nos non tantũ, ſed penes alios diuerſa eſt, & inuicem contraria, vt nullam certam radicem habere videatur, ex qua poſſit oriri. Propter hanc diuerſitatem, Laurentius inquit, quid ſentias, non ſatis intelligo: ob eamque cauſam à te id lucidius explanari velim, & ſimul ſcire quid maximè probes. Minimèque, inquit Nicolaus, huius loci, & temporis hæc eſt diſcrepatio, & huic forſan, me intuens, non iocunda. Nequaquam, Nicolae, aio; quin pergratum mihi erit, ſi hanc dubitationem nobis exſolueris: quæ ſcitu iocunda eſt, & cognitione digniſſima. Ego quidem, non ſum adeò demens, atque inſulſus, vt ex his collecticijs marmoribus aliquam nobilitatem aucupare velim. Alia ad illam via aſcendi puto. Hæc autem voluptatis, & ornamenti cauſa à me quæſita, & comparata ſunt. Sed hic noſter Laurentius iocatur mecum libens: exiſtimatque ſi horum contemptũ mihi perſuaſerit, ſe maiorem partem ablaturum. Poſteà verò quam in hunc ſermonem incidimus narra, quæſo, quæ modo Laurentius poſtulabat. Non enim miror ſi parùm de illa apud nos conuenit: cum inter philoſophos quoque hac de re ſit adeo magna diſſenſio; vt dubitarem, cui potiſſimum ſententiæ ſit inhærendum. Tum Nicolaus, quì multiplex, & varia ſit, inquit, illius obſeruatio, haud opinor ignotum eſt vobis: cum quod

Laurentius. *Nicolaus* *Poggius.* *Nicolaus.*

alijs

Digitized by Google

aliis nobile videatur, alij ſpecimen ignobilitatis velint. Vt enim ab Italis incipiam, à quibus humanitas, virtus, ac omnis viuendi ratio, & diſciplina ad reliquas nationes defluxit: quid tàm inter ſe differt, quàm Neapolitanorum, Venetorum, Romanorumque nobilitatis opinio? Neapolitani, qui præ cæteris nobilitatem præſeferunt, ea in deſidia, atque ignauia collocare videntur, nulli enim præterquam inerti ocio intenti ſedendo, atque oſcitando ex ſuis poſſeſſionibus vitam degunt. Nefas eſt nobili rei ruſticæ, aut ſuis rationibus cognoſcendis operam dare. Sedentes in atrijs, aut equitando tempus terunt. Etiam ſi improbi abſurdique fuerint: dummodò priſcis domibus orti, ſe nobiles profitentur. mercaturam, vt rem turpiſſimam viliſſimamque exhorrent, adeò faſtu nobilitatis tumentes, vt quantumuis egenus, atque inops, fame potius interiret, quam filiam vel opulentiſſimo mercatori matrimonio collocaret: mauultque furtis, & latrocinio, quam honeſto quæſtui vacare. Scio virum quemdam equeſtris ordinis genere, atque opibus præclarum, qui aliquando, vt Patrem familiàs decet, vina ex varijs prædijs collecta ſimul vendere eſſet ſolitus, mercatorem velut infamem habitum, filiam etiam grandi dote vix nuptui dare potuiſſe; adeò mercaturæ nomen apud ignauos, ac inertes turpe, atque obſcenum putatur. Huic abſurditati contraria eſt Venetorum conſuetudo, quorũ nobilitas veluti factio quædam ab reliquo populo diſtincta, mercaturam omnis exercet, ea quoque, quæ equeſtris ordinis inſignio potitur. Omnes enim qui rei-

Italorum laus.

Neapolitanorum nobilitas.

Venetorũ nobilitas.

publicæ

publicæ muneribus funguntur,quique, vt aiunt, ex ordine ſunt ſenatorio, naſcuntur, atque appellantur nobiles. Adeòque hac vulgari aura inflantur nonnulli, vt etiam ſi quis parente abſurdo, ſtulto inſulſo, inopi, ipſe quoque haud diſſimilis patri fuerit,tamen ſi in popularem virum inciderit,quamuis doctum,& ſapientem,eum præ ſe contemnet tumore nobilitatis. At ego mallem Apuleij me Aſinum, quam aut eſſe talis,aut ortus ex eo, cui minus,quam Aſello ſenſus, aut prudentiæ ineſt. Atqui hi omnes præcipuè mercaturæ dant operam: neque eam à nobilium exercitio exiſtimant alienam. Quod autem nuſquam gentium reperitur, ipſi per ſe nobilem reddunt ex ignobili. Nam qui ob aliquid in eorum rempublicam inſigne facinus admiſſum, etiam ſi ſcelere aliquo præfuerit, adſciſcitur ad munia ciuitatis, nobilium numero aſcribitur. Sed nihil ſtultius, quam aliquem ignobilem propter nauatam reipublicæ operam ciuitati donatum nobilem dici,aut quod virtute, & rectè factis acquiri ſapientes volunt, id credere aliquando malis artibus parari poſſe. Romani, qui appellantur nobiles, mercaturam,vt rem vilem,atque abiectam contemnunt,cultui agrorum, & rei ruſticæ vacare, gregis, atq; armentorum curam gerere, re pecuaria opes quærere,quæſtum honeſtum,& viro nobili dignum putant;idque eis,qui poſſunt agere, etiam ſi recenti ſint familia, hoc lucri genere patefit aditus ad nobilitatem. Eſt apud hos honeſta, licet ruſticana, nobilitas longè diſtans à Neapolitana. Nos rectius de nobilitate ſentire videmur. Habentur enim nobiles

Romanorum nobilitas.

Digitized by Google

biles orti antiqua ſtirpe,quorum maiores functi officijs ciuitatis in Reipublicæ adminiſtratione verſati ſint. Horum pars ſe ad mercaturam confert, pars titulo nobilium gaudens, nulli exercitio dedita, venatu, & aucupio oblectatur. Ianuenſibus idē, quod Venetis vſu venit:negotiationi ſe dedunt, omnes præſertim maritimæ, nobiles, atque ignobiles,qui nulla alia re,niſi origine diſtinguuntur. Sunt ex his quidam in caſtellis montanis diſperſi, Caci more, itineribus infeſti, qui nobiles habentur.Lōbardi,& item tractus omnis Venetorum,qui dicuntur nobiles,viuunt ex prædiorum fructu, & paternæ hæreditate:nullo,præterquam venandi, aucupandique ſtudio ducti. His ſola origo, & negotiorum vacatio nobilitatem largitur. Quid loquar de reliquis nationibus? quorum vſus parum differt à maioribus noſtris. Germani, atque Alemanni, eos, quibus cēſus patrimonij ad victum ſuppetit, & qui procul vrbibus, aut qui caſtellis, & oppidulis dominantur, quorum magna pars latrocinio deditur, nobiles cenſent. Quibus humanius ingenium natura dedit,hærent principibus, quorum in Aula aſſueſcunt cultiori vitæ; rudes tamen, & moribus aſperi. Galliæ omnis vna eſt nobilium norma. Nam rura,& prædia ſua incolentes,vrbes fugiunt, in quibus habitare nobilem turpiſſimum ducitur. Qui in illis degunt,ruſtici habentur,atque ignobiles. Mercatores aſpernantur, vt vile, atque abiectum hominum genus. Prædijs ſuis contentum, ac prodigum eſſe, neque futura quicquam penſi habere,ſignum nobilitatis volunt. Ea quotidiè augetur, vel pecu-

nia,

Digitized by Google

nia, vel famulitio. Nam mercatorum, aut quorumuis opificum filij, qui diuitijs præſtant, aut, empto prædio, rus ſe conferunt, vrbe relicta, atque eius fructu contenti, ſeminobiles euadunt, ſuiſque poſteris nobilitatem præbent, aut famulantes principibus, aliquo prædio collocato, pro nobilibus honorantur. Ita plus illis rura, & nemus conferunt, quam vrbes, atque ocij, aut negocij ratio ad conſequendam nobilitatem. Eos certe, qui apud nos ſemiruſtici cenſentur villarum incolæ, illi nobilitatis laude commendant. Hos Britanni ſequuntur, Angli hodie vocitati, qui nobiles in ciuitatibus morari ignominiæ loco putant, rura ſiluis, ac paſcuis ſecluſa inhabitant, nobiliorem ex cenſu iudicant, rem ruſticam curant, vendentes lanam, & armentorum fœtus, neque turpe exiſtimant admiſceri quæſtui ruſticano. Vidi ego hominem, relicta mercandi cura, cum prædia pretioſiora emiſſet, atque in ea cum familia, vrbe poſthabita, ſe contuliſſet, autorem nobilitatis filijs extitiſſe, & ipſum haud reiectum à nobilium cætu. Multos quoque ignobilis generis aliquod præſtans in bello facinus, acceptis à Principe donis, nobilitauit. Hiſpania duplici nobilitate vtitur. Nam qui in ſuis ciuitatibus antiquo genere orti cæteris præſunt diuitijs prædìti, & qui in campis commorantes nutriuntur ex prædiorum cēſu cum ornatiore quodam viuendi ritu, quæ cæteris præſtent, nobilium nomen tenent. Hos inter omnes equeſter ordo primum nobilitatis locum habet. Apud Græcos quicūque ad Imperatoris aulam vocati, ſeruitio eius inſiſtunt, quantumuis abiecti generis, ob Principis con-

ſuetudinem, ac famulatum nobilitatis titulô potiuntur, appellanturque deinceps nobiles. Apud noſtros verò is mos inoleuit, vt Pontifex, Imperator, Reges, Principes, priuilegio, & litteris faciãt nobiles, nulla habita virtutis ratione. Ita illi, quod riſu dignum eſt, vſu, & obſequio: iſti ſcriptura, & cera, nobilitatem adipiſcuntur. Barbaris quoque gentibus diuerſi ſunt nobilitatis mores. Ægyptijs, ac Siris nulla habetur, niſi eorum, qui militiæ deduntur: qui ſoli excellunt, ac dominãtur, reliquis ſeruorum loco habitis. At hos omnes conſtat eſſe empticios ſeruos, qui poſtmodum præfecturas equitum, prouinciarumque ſortiti vſqueadeò fortunæ beneficio efferuntur, vt ex eis potentior regnum occupet viribus armorum fretus. Teucros inſuper, & ſuperiores Sarmatas arma nobilitant. Nam qui ordines ducunt, ditati prædijs, nobiles dicuntur, & ipſi quoque ex ſeruitio maiori ex parte ad militiam aſciti. Pueri enim empti precio militiã condiſcunt: in qua excellere parit nobilitatem. Tãta ergo, vt de reliquis ſileam, varietas, tantaque morũ inter homines diſſenſio, nunquid nõ cogit nos fateri, quia tam diſparibus modis obſeruant, nullam eſſe certam, ratamque nobilitatis formulã, quam poſſis amplecti? Quoniam ſi quid ea eſt, originem aliquam habere, fundamẽtumque ſtabile, ac firmum, è quo prodeat, oportet. Tum Laurentius licet ea, inquit, pro gentium varietate multiplex videatur: omnes tamen, quos modo recenſuiſti, & eſſe, & rectè dici nobiles arbitror poſſe. Nam ſicut non omnes leges omnibus ciuitatibus ſunt accommodatæ, ſed variantur pro rerum publicarum

Nobiles Bullati.

Aegyptiorũ, et Sirorum nobilitas.

Teucrorum, & Sarmatarum nobilitas.

Laurentius.

Digitized by Google

carum commodis, & vtilitate, cumque alijs proſint, alijs obeſſe videantur, & tamen legum vim auctoritatemque conſeruant, neque propterea non habentur leges; quia non omnibus eædem conſeruntur. Sic ego Italos, Gallos, Germanos, Britannos, Barbaros, exiſtimo, qui à ſuis ducuntur, nobiles eſſe. Neque ego nobiliores appellabo ciues, quam ruſticanos, neque mercatores, qui in ſua Republica adminiſtranda cum laude verſantur, quam illos deſidioſos, qui ſe conſpici in atrijs ſedentes, atque otioſos, pulchrum ducunt. Conſuetudinem enim, quæ quaſi morum magiſtra vim maximã in hominum moribus tenet, tãquam ducem ſequi debemus, quæ licet parum inter ſe diſſentire pro varietate diuerſarum gentium dicatur, tamen id nobilitatis indicium omnes putant, aut matrimonio ampliori, aut honeſtiori vitæ ratione, aut vacatione quæſtus, aut armorum laudibus, aut victu ſplendidiore, aut dignitate cæteros anteire. Longè, inquit Nicolaus, opinione laberis Laurenti. Nam & ea conſuetudo probanda, & accipienda eſt, quæ non procul abſit à recta ratione, altera enim abuſus nomine appellatur; & leges ad eorum, quibus dantur, vtilitates, & commoda referuntur, quæ cum non ſint vbique gẽtium atq; omnibus eædem, pro varietate commodorum & leges quoque variari oportet. Sed tamen omnes eamdem originem habent, cum ab æquitatis, & iuſtitiæ fonte deſcendant, vt quod cuique honeſtum eſt, & vtile ſuadere, & præcipere videantur. At iſtæ, quas modo explicaui, nobilium ſpecies ita inter ſe variantur contrariæ, ac diuerſæ, vt nullam certam *Nicolaus.*

ſtir-

ſtirpem, nullum certum genus præferant, quod ratione aliqua nitatur, ſed a ſola opinione, inſtitutoq; quodam voluntario, cuius nulla vera cauſa reddi poſſit, videntur prodire. Quapropter fatebor ingenuè, neminem eorum iure appellari nobilem poſſe. Qui enim fieri poteſt, vt vir ocio marcens, nullo honeſto negotio intentus, nulla præditus virtute, nulla ſapientia, nulla doctrina, maioribus tantum, ac ſtirpis origine fiſus, poſſit vllo eſſe pacto nobilis? Ego verò iſtos viliſſimi iumenti loco habeo. Neque etiam fatebor vnquam ciuem, aut alium quemuis improbum, abiectum, contemptum, flagitioſum, aut nulla re clarum, ſed tantum maiorum virtute, & dignitate fidentem nobilis nomen mereri. At verò ex mercatura non video, quæ nobilitas acquiratur, aut quomodo cum illius venetur exercitio, quod vile, atque abiectum ſapientes arbitrati ſunt. *Cicero.* Cicero eam non admodum vituperandam ſcribit, ſi fuerit opulenta, illam in ſordido quæſtus genere ponẽs. Sed quod aliquo modo vituperari poteſt, nunquam admiſcebitur cum nobilitate, à cuius officio longiſſimè is quæſtus abeſt. Opifices item, artificeſque omnes expertes illius erunt: cum in illo exercitio verſentur, cui nulla eſt virtus adiuncta: turpe quidem omne genus eiuſmodi hominum æſtimatur. Sed nec ex diuitijs quoque vlla nobilitas elicietur, ſiue eas nobis ipſi comparauimus, ſiue accepimus relictas, quibus enim acquirantur artibus conſtat. Sanè rarò cum virtute, cuius aliud munus eſt, quam parandis diuitijs vacare. Relictæ verò nihil nobis laudis afferunt aliena opera partæ. Auream Beatus

Hie-

Hieronymus ſententiam profert; diuitem, aut iniquum eſſe, aut iniqui hæredem. Neque hoc in te, Laurenti, exiſtimes dictum, cuius patri viro optimo, atque humaniſſimo, tum prudentia, atque induſtria, tum fortuna incomparandis opibus fauit. Nobilitare ergo nos minimè poſſunt. Nec magiſtratus quidem, dignitates, honores, imperia. Nam ſi ij pernicioſi, ſceleſti, nefarij, veluti, dementes, & inſani fugiantur; procul erunt ab omni laude nobilitatis, quæ nulli vitio, aut ſceleri poteſt eſſe communis. Neque verò antiquam familiam, & quamuis longam parentum enumerationē, ſi iidem audaces, facinoroſi, & ſceleribus inquinati fuerint, conferre ad filiorum nobilitatem iudicamus. Sed eò dicentur à nobilitate remotiores, quò fuerit diuturnior parentum ſcelus, & turpitudo. Ab honeſtis autem, atque antiquis maioribus manantes ignauos, ſomnolentoſque, ac reprobos, parentumque virtutibus carentes, omni nobilitate vacuos eſſe dicam. Si enim ea antiquitate pararetur, omnes æquè nobiles euaderent: cum cuiuſuis origo æquo gradu à ſuperioribus numeretur. Nulluſque exiſtat, cuius progenitores non ante milleſimum annum poſſent recenſeri. Sunt qui acceptam, vt aiunt, à maioribus nobilitatem, aucupio, venatuque conſeruari putent: ſeque nullo negotio, & rerum vacatione nobiles dicunt, maiorum omnium nobilitatem, generiſque inſignia, commemorantes. Sed hæc ocioſorum, atque inertium ſtudia, aues, aut feras ſectandi non magis nobilitatem redolent, quam bene oleant ferarum, quibus oblectātur, cubilia. Præſtaret certè opus ruſticum facere

Hieronymus.

more

more priſcorum quorundam, atque optimorum virorum, quàm velut inſanos, ac fanaticos diſcurrere per nemora,& ſaltus, ferarum ritu. Non ſunt hæc vituperanda nobilibus,ſi laxandi animi cauſa,non diſſoluendi,fiant.Sed in eis,vt plures videmus, curam omnem,vitamque conſumere, quæ non nobilitatis indicia exiſtimantur, ſed ſigna expreſſa dementiæ. Iam verò equeſtris dignitas, noſtri militiam vocant, quæ multis veluti officina quædam,ac theatrum nobilitatis videtur,quid ad eam decoris, aut ornamenti conferat,ignoro. Auream geſtant fibulam Togati nonnulli, imbelleſque, tanquam equeſtris ordinis notam, ipſi ſine equo quandoque, atque omnis militiæ numeris expertes.Horum opera cum ſint lõge ab ornatu veſtium diuerſa, fictitia quædam res, & ab inani pompa proficiſcens,nihilo magis nobilitare deferentem poteſt, quã timidum in bello fortẽ facere. Quamquàm videmus aliquos ex eis mercatura quæſtum facere,tantum à nobilitatis ſplendore remoti, quantum obſcuritate exercitij propinqui. Nonnulli tamen iactantes auorum, proauorumque equeſtrem numerum, ſuam nobilitatem eiuſmodi commemoratione extollunt: inſcij, quam parui eaſit nobilitas æſtimanda. Nunquã enim is ordo apud priſcos locũ nobilitatis, aut nomen tenuit, vt admodum mirer, nos tantum ab eorum opinione differre. Equeſter nam ordo apud Romanos non cenſebatur inter nobiles: quippè qui maiori ex parte à publicanis emendis, exigendiſque vectigalibus vili officio exercebantur. Nobiles dicebantur patriciorum familiæ, & quæ ex triumphalibus, conſularibus,ſenato-

Nobiles Romanorum.

rijſque

rijſque viris longa ſtirpe originem trahebant. Equeſter ordo habebatur popularium loco. Multi tamen ex eo ob res, vel pace, vel bello egregiè geſtas, erant ſuis poſteris principium generis nobilitandi. Caium Marium,& Marcum Tullium non nobilitauit genus: at hi ſuis filijs,ſi paternam virtutem imitari voluiſſent,inſignem nobilitatem reliquere. Nos è contra ex hoc ordine nobilitatem trahimus iactarique maximè videmus eos, qui longa ſerie maiores ſuos equeſtri dignitate functos ferant. Aſſentirer forſan, aliquando eos nobilitatis gradum adeptos, ſi qui bellis immixti, quod ſuſceptum nomen requirit,præclarum facinus edidiſſent. Ocioſis verò, ac procul ab omni equeſtri munere conſtitutis nihil aureum calcar magis,quam æreum, aut aureus baltheus,magis quam argenteus,nobilitatis importat. Ea ſiquidem magis diuitum, quam nobilium videntur inſignia. Nam Gallicam,Brittanicamque nobilitatem villis ruſticis, ac nemoribus inſertam,itemque Alemannicam montanam, & latrocinis intentam à vera nobilitate reijcio. Non enim ſolitudine,aut ocio ignauo,vel opum magnitudine, ſed virtutis ſtudio comparandam ſapientes cenſent:quam magis in vrbibus, & hominum cætu exercere poſſumus, quam inter feras in ſolitudine, & agreſtium commercio. Illud verò abſurdiſſimum eſt habendum: dona, aut conceſſiones principum nobilitatem largiri,aut nobiles eſſe, qui in imperatoria aula verſãtur. Poſſunt Princeps eiuſmodi homines diuites reddere,aut extollere aliquo principatu,nobilem verò nihilo magis, quam prudentem

honeſtumque ſapiētem poſſunt efficere. Siquidem non extrinſecùs nobilitas prouenit, ſed à propria deſcendit virtute, quæ inter principum munera admiſcetur. Hæc igitur tāta, tanquè peruagata rerum varietas mihi perſuadet, nihil hanc veſtram nobilitatem eſſe, præter pompam quandam, ac inanem faſtum ab ſtultitia hominum, & vanitate confictū. Verum, vt miſſas paulùm faciamus vulgares opiniones: me quidem ratio ipſa rectè conſiderantem hortari, atque admonere videtur, nullam eſſe hanc decantatam nobilitatem. Quam ob rem quid mihi perſuadeam, accipe. Ea, quæ ſunt, aut bona, aut mala, aut eorum media, quæ (indifferentia Græci appellant) dicuntur. In malis nobilitatem nullus vnquam poſuit. Abſurdum etenim eſſet rem adeò laudatam, atque appetitam, malam cenſeri. Sin eam bonum quid dixeris: id vel in animi bonis, vel externis, aut corporis ſitum erit. Nam in fortunæ bonis minimè conſiſtit, quæ qui adipiſcuntur non nobiles, ſed diuites appellantur. Sed ne corporis quidem bona, quæ ſunt valitudo, & forma egregia, illam largiuntur. Nam ſi qua in vllo horum bonorū ineſſet: deficientibus opibus, forma, & valitudine, nobilitas quoque ceſſaret. Ita ex ignobili nobilis, rurſus ex nobili ignobilis redderetur. In bonis ergo animi: quæ virtutes dicuntur aut intellectuales, aut morales, an vlla ſit nobilitas inquirenda? Sed prudentia prudentem, ſapientia ſapientem iuſtum iuſtitia, temperantia temperantem; item ex reliquis virtuoſum, non nobilem fieri, certum eſt. Nulla quippè eſt vna virtus, quæ ex ſe nobilitatem pro-

Nobilitas vera, in quo ſit diſputatur.

producat,neq; omnes quoq; illam generabunt,ſed felicitatem. Itaque nec virtus ea,nec vitium. Nec videtur eſſe in his, quæ media dicuntur, cum nunc bona, nonunquã mala ferantur pro varietate vtentium: ſi nobilitas ita eſſet, ea & bona, & mala haberetur. Ex quo ſequeretur, vt boni malique pari nobilitate potirentur, quod cum ſit abſurdiſſimum, videtur ex his nihil nobilitatis comparari poſſe. Hoc & alia ratione videtur eſſe probabile. Nam ſi quid ea eſt, id aut in expetendis, aut fugiendis rebus conſiſtit. In his ſitam dicere,ridiculum ſanè videtur:cum nullus ſanæ mentis appetat fugienda.In expetendis verò multo minus;ea namque appetere debemus,quæ ratio præſcribit,& ſapiẽtia. Hæc ſunt honeſta, & quæcumque nos beatos, ac felices præſtant.Sed nobilitas cum neque virtutes aliquas,neque bonum quid afferat nobis,quo meliores, ditiores,aut beatiores efficiamur, cur appetenda ſit non intelligo. Ergo ea nihil eſſe videtur. Eodem modo, neque in laudabilium,neque vituperabilium numero adſcriberetur. Non enim vituperatur, quod laudatur,atq; expetitur etiã à bonis. Ergo in illis nulla ineſt nobilitas,ac multo minus in reliquis.Laudabile enim omne à virtute progreditur. Siquidẽ benè, hoc eſt [illegible] agere, laudabile eſt. [illegible] aliquam virtutem.Sed nulla eſt virtus,quæ vocetur nobilitas,aut ex qua illa oriatur,neque ẽt ex nobilitate laus aliqua cuiuſpiam honeſti operis deſcendit. Ergo in laudabilium conſortio non erit. Præterea,ſi qua eſt nobilitas, ea,aut in homine, aut in ipſa re collocabitur.Si in homine,aut natura, aut acqui-

ſitione comparatur. Si natura venit nobilitas, tunc omnes ſimilitèr naſcentur nobiles: quod nullus vel mediocritèr doctus concedat. Si acquiritur, id agẽdo, vel operando continget. At ex actionibus operationibuſque boni, mali, prudentes, docti induſtrij, & ſimiles redduntur, nõ nobiles: neque eſt aliquod opus proprium, ex quo veluti ex officina aliqua nobilitas excudatur. In rebus verò ſi eſſet poſita: hæ abſque ſtudio noſtro in quemcumque inciderent, nobilem, veluti diuitiæ diuitem, redderent: his abſentibus ignobiles fieremus. Quo pacto ſæpiùs cum ipſis rebus à nobis migraret nobilitas, & iterum tãquam in antiquum hoſpitium ſua ſponte rediret. Ex quibus apparet, nihil eſſe hanc, præter iactantiam quandam, quæ nos deliros efficiat. Etenim abſque illa affectione cogitans non video, cur hæc inanis fabella adeò exoleuerit: aut quid boni, vel vtilitatis habeat hæc, quæ dicitur nobilitas, cur tanti ab hominibus pendi mereatur. Non enim nos ſapientes efficit, non doctos, non prudentes, non iuſtos, non fortunatos. Nihil confert ad corporis valetudinem, nihil ad formam, nihil ad vitæ honeſtatem. Vmbra neſcio quæ ſub oſcura mentes noſtras verſat ſomnijs ſimilis: quæ cum dormientes falſis imaginibus ſatis exagitarint, mania reddunt [illegible]. Stomachor autem perſæpe, cum in aliquos prædicatores ſuæ nobilitatis incurro viros, ineptos, rudes, ocioſos, quos non pluris facio, quam quempiam ex his cantoribus, qui in triuijs Heroum geſta decantant, ipſi nullius rei vſui, præterquam recenſendis aliorum laudibus accomodati. Sed iam ſatis confabu-

lati

Digitized by Google

lati ſumus,& tempus admonet,vt hunc noſtrum ho-
ſpitē loquendi moleſtia liberemus. Nequaquam, *Laurentius.*
Laurentius inquit, tanquam Apis abibis,aculeo re-
ſicto; ſed feres æquo animo paulùm reſpōdentem:
niſi velis eſſe nimium moroſus. Equidem non mi-
ror,Nicolae,qui tuus mos eſt,aduerſari te omnium
opinionibus: cum nullā vis eſſe nobilitatem, neque
eam, quæ eſt in vſu gentium, neque, quam deſcri-
bunt ſapientes. Nihil adhuc de ſapientibus, Nico-
laus inquit, ſum locutus, tantum dixi aduerſus opi-
nionem vulgarem, & iactantiam horum nobilium
mentibus infixam, qui nulla, præter quam inani
pompa, & populari leuitate ſuffulti, nos quidem
nobilitati commemoratione obtundunt: inſcij qui-
bus ex rebus, aut quibus artibus paretur. Si,inquit
Laurentius, vocibus doctiſſimorum virorum aſſen-
tiris:aut niſi eis repugnes:cauſa decidas oportet. Nā
cōtra te inſurgit Ariſtoteles nobilitatem diffiniens,
& aliquid eſſe oſtendens,cuius acumen ingenii om-
nibus Philoſophis antecellit: ſapiētia verò tanta eſt
omnibus in rebus, vt ei contraire ſtultum eſſe vi-
deatur.Fateor,Nicolaus inquit,iſtum principem ap-
pellari Philoſophorum, ſed tamen nulla me cuiuſ-
uis impediet auctoritas, quin quod mihi ſimile vi-
deatur vero & loquar, & ſentiam. Vt lubet, inquit *Nicolaus*
Laurentius,morem tuum omnibus aduerſandi,ſicut *Laurentius.*
cæpiſti,per me obſerues licebit:non impediam,quo
minus tibi obſequaris,nè veteri tuo inſtituto repu-
gnes. Sed vt ad Ariſtotelem redeamus:is in quinto
Politicorum ſcribit,nobilitatem eſſe virtutes,& an-
tiquas diuitias. Et alio in loco nobiles videri dixit,
qui-

Digitized by Google

quibus exiſterẽt virtutes, & diuitiæ progenitorum. Vides igitur quàm ſapientèr, quàm grauitèr tibi Ariſtoteles nobilitatem deſignarit, non tanquam vmbram, vt putas inanem, ſed veluti rem certam, & diffinitam, vt iam nulla dubitatio reſidere debeat, & eſſe nobilitatem, & eos dici nobiles, qui à Philoſopho deſcribuntur.

Nicolaus. Atqui, Nicolaus inquit, hæc me verba nihil dimouent à ſententia. Ego Ariſtotelem arbitror non ex animi iudicio, ſed ex communi opinione locutum. Nam in Ethicis, vbi ex veritate, quod ſentit exprimit, illum appellat generoſum, qui à natura exiſtit, vt diſcernat, quæ vera ſunt, & appetat verum bonum, eamque rem pulcherrimam dicit, quæ nec accipiatur ab alio, nec diſcatur, hacque natura aliquem natum eſſe, veram, & perfectam nobilitatem appellat. Denique enim eum generoſum videtur velle ſentire, qui ad virtutem à natura inſtitutus, hanc vſu, & excogitatione exerceat. Quì enim à tanto philoſopho probari opinio poſſet, quã retuliſti? Dicit afferre nobilitatem virtutes cum diuitijs coniunctas. Ergò virtus abſque bonorum fortuitorum copia nobilitate carebit? Quod nullus mediocritèr doctus concedat, Ariſtotelis nomine, & auctoritate remota, Valerij publicolæ, Fabricij, Naſicæ, & Aſiatici Scipionum ex tali familia, ex tam claris parentibus, quorum alter propter paupertatem publico funere elatus eſt: alterius filiæ ex ærario nupſerunt, multorumque præthereà excellentium virorum, qui cum ſummis imperijs pauperes vixerunt, non ſolùm vrbem, ſed terrarum quoque orbem rebus ab ſe geſtis illuſtrarunt:

runt:

runt: filij, nepoteſque paternam virtutem, & paupertatem imitati, vt ipſos omittamus præſentes, ſecũdum Ariſtotelis deſcriptionem, nobilitatis lumine priuabuntur. Ariſtidem inter principes Athenienſes æqualem Themiſtocli, qui ſolus propter eximiam virtutem iuſtus eſt cognominatus, cum ita pauper exceſſiſſet è vita, vt vix, vndè efferretur reliquiſſet, nemo neque fuiſſe nobilem diceret, neque ſuis nobilitatem reliquiſſe, quamuis in ciuitate Princeps, & virtute præclarus fuerit. Quo quid inſulſus dici poteſt, quam Ariſtidem, Scipionem, reliquoſque ſummos in ſua Republica Imperatores, quia præſtare virtute, quam diuitijs maluerunt, vel nobilitate caruiſſe, vel præcluſiſſe ſuis poſteris nobilitatis iter? Sed ſi nobilis, ſecundum Ariſtotelem, qui ex parentibus virtuoſis oriatur, ac diuitibus exiſtit, ipſe quoque paternam virtutem, & opes conſecutus, bona fortuita, quæ dari, & auferri queunt, erit in fortunæ arbitrio ſita nobilitas, quoniam, abeuntibus copijs, abibit & illa ſimul cum diuitijs, & rurſus illis redeũtibus reintegrabitur. Quod ſi ſaluis fortunis fieri poteſt, vt vitia pro virtutibus ſuccedant, amittetur quoque nobilitatis pars, ita nobilitas diſcedens, ac reuertens puerorum more vagabunda quædam res fiet, nullius in arbitrio ſita. At ſi ex fœnore, rapinis, ſpolijs ciuium, proſcriptione, & ſcelere fortunæ proueniant, nunquid nobilitate poſſidentem queunt? nihilo magis, quam honeſtum, ac bonum reddere. Quare faceſſant ad dandam nobilitatem diuitiæ, & earũ poſſeſſorem diuitem, & opulentum, haud nobilem dicamus. Sed diuitijs, inquies,

quies, virtutem addidit Ariſtoteles: ac hæ illum nobilitant, in quo exiſtunt. Filios autem nullo modo; ſiquidem ſapientis ſententia eſt, quæ ante nos fuerunt, nihil ad nos ſpectare, ſicut neque poſt nos futura, neque enim magis ad nos parentum virtus, quam noſtra ad parentes redundat. Ego autem non credo Ariſtotelem voluiſſe nobilitatem in nos trāſferre progenitorum. Nam ſi nobilitas virtute, & diuitijs comparatur, vt illi placet: diuitiæ quidem filijs relinqui poſſunt, virtutes verò minimè. Virtus enim in actione conſiſtit: actio autem cum ſit operantis, ſequitur, vt nobilitas in eo ſit, qui exercuit officia virtutum. Sicut enim equum fortem, pulchrum, atque acrem dicimus, non cui eiuſmodi genitor fuit: ſed quem membrorum conuenientia ſpectandum fecit, cui vires adſunt ad ferendum ſeſſorem, quem buccinæ cantus excitat. Ita non eum, qui parentes præclaros enumerat, ſed qui ſuis virtutibus reſplendet, nobilem appellabo. Itidem domum pulchram iudico, non quam formoſus faber ædificauerit, ſed quæ pulchris parietibus fuit compoſita. Rem quidem militarem, equitandi diſciplinam, arteſque eas, quæ doctrina tradūtur, poſſumus filios edocere. Virtus nulla parentum eruditione, ſed diuino quodam numine fauoreque percipitur, ac ſerie occulta fatorum. Licet enim videre pernicioſos, ac nefarios viros procreaſſe filios omni laude, & virtute præſtantes. Similiter illos, qui fama illuſtri, & ſumma gloria claruerūt, genuiſſe eos, qui ſuis flagitijs paternam laudem labefactarunt. His neque parentum inſtitutio profuit ad virtutem:

neque

neque illis, quominus clari euaderent, paterna ſcelera obſtitere. Itaque cum neque in vitiorum, neque in virtutum hæreditatem filij ſuccedant parentibus, ſed ſicut virtutis, ita nobilitatis ſibi quiſque exiſtit auctor, & opifex. Si enim nobilitas ſucceſſione traderetur, ſeruus nequiſſimus, aſcitus in aliquorum amplam gentem, hæreſq; inſtitutus bonorum, nobilis euaderet, quod nemo ſanæ mentis affirmauerit. Generatio inſuper medium eſt, quo filij in lucem educuntur, ea ſi turpis, aut obſcena fuerit, vt puta adulterio, inceſtu, ſtupro quæſita: nequaquam turpi medio nobilitas deſcendit ad filios. In eo enim, quod fit iniquè, nulla poteſt admiſceri virtus, neque quodcumque, quod ſit laudabile. Per iniquitatem igitur nulla erit generis laus. Tua hæc ergo Ariſtotelica nobilitas tum nulla videtur exiſtere, tum poſteris non poſſe relinqui. Quamuis ſi ſuam quoque diffinitionem accipiamus, tamen aut nulli, aut pauci erunt, & hi ex interuallis nobiles. Cum enim per rarò accidat, vt cum virtute diuitiæ contrahant ſocietatem: cumque virtus rara ſit, ac difficilis, & qui virtuoſi fuerunt, poſtmodum aliquo turpi iudicio, aut infamia, aut flagitio notari poſſunt: videtur virtus in ignominiam verſa antea paratam amittere nobilitatem. Themiſtoclis, qui Græcorum omnium pace, & bello facilè habitus eſt princeps, priorem ætatem adeo flagitijs, vitijſque inquinatam ferunt, vt à patre, qui generoſus erat, exhæreditaretur. Hoc opere deſciſcens à patris virtute Themiſtocles, nobilitatem amiſit. Ad meliorem deindè vitam reuerſus, ob res præclariſſimè geſtas, & con-

Themiſtocles.

D ſecutas

ſecutas opes, nobilitate potitus eſt. Sed non integra: cui paternæ opes deſuerunt. Hunc rurſus nobilitas deſeruit, cum amiſſis opibus damnatus proditionis, exul à patria partam gloriam, & laudem, conſpiratione in patriam inquinauit. Quid dicemus de Annibale, Duce omnium præſtantiſſimo, qui ortus ex tali familia, tam inſigni parente, adeò claruit rebus geſtis? An cum eius virtutes, vt Titus ait Liuius, ingentia vitia æquarent, priuabitur laude nobilitatis? Si enim paria erant vitia, & virtutes, neque nobilis; neque ignobilis fuit. Idem de Pauſania licet ſentire; quem in omni vita varium tum vitijs, tum virtutibus deditum tradũt. Vellem diſcere ab Ariſtotele, Laurenti (hoc enim diſcernendi gratia loquor) quam originem eſſe nobilitatis velit. Si virtutes ſolas proferet, audactèr repugnabo: Nã nobilitas poſſet. Sed ſi opulentus cum virtute aliquis, dum vixit, hic partem nobilitatis, diuitias vltimò (virtus enim reſidebit penès parentem) poteſit ad filios transferre, qui ſi neque paternam virtutem ſequentur, & opes diſſipabunt, ignobiles inuenit: ſin verò in fortunam, & virtutes ſuccedent, nobiles erunt. Sed cum res hominum ſæpius varientur, nec in eodem ſtatu diutiùs perſeuerent, continget, vt nepotes fortunæ donis ſpoliati longè diſtent à vita ſuperioris, ad hos nulla deſcendet nobilitas. Iterum pronepotes, ſi proauorum, auorumque virtutes, & diuitias repræſentent, nobilitate gaudebũt. Igitur longa progenie excitabunt ex eadem familia nunc nobiles, nunc ignobiles: nulla certa ſerie, nullo ordine præſtituto, nihilque ad eadem generis nomine

Annibal. *Titus Liuius.* *Pauſanias.*

ne

ne opitulante ita faceſſant à nobilitate bona fortuita, res inſtabilis, & arbitrij alieni. Nos aliquid eam eſſe arbitramur, quod ſi exiſtat in noſtro iudicio, & poteſtate, neque nobis inuitis concedi, aut eripi queat. Ariſtotelem verò cum de Republica ſcriberet, exiſtimo, vel communem opinionem ſequutum, vel plus quam philoſophum deceat diuitijs tribuiſſe. Tum Laurentius. Ego, Nicolae, cum multis verbis vſus fueris, nihil te docto viro dignum dixiſſe puto: ſententiamque Ariſtotelis, ſi vim verbi græci conſideres, contendo eſſe veriſſimam. Nam quam Latini nobilitatem, Græci Eugeniam appellant, hanc verbo noſtro rectè nobilitatem dicemus. Qui enim priſco, & ob virtutem, ac res geſtas præclaro genere naſcebantur, propter familiæ, ac generis claritatem, generoſique ferebãtur, hoc eſt inſigni genere nati. Hanc Latini, Nicolaus inquit, meliori vocabulo, vt videtur, quàm Græci appellarunt. Nos à rebus rectè geſtis, & ob aliquam laudem inſignem, atque famam, quæ propria ſit hominis alicuius, nobiles vocamus: illi à bono genere eſſe volunt, non enim ab illis, ſed à nobiſmet ipſis nobilitatem trahere videmur: vt ille putetur nobilis, quem illuſtre, & peruaga[illegible] quod inſigne, & laude dignum facinus nobilitauit. Vt libet de vi nominis ſentias, Laurentius ait. Ego Ariſtoteli hærens, ad nobilitatem comparandam, non ſolùm virtutem ſpectare arbitror; ſed diuitias, genus, patriam, corporis, & fortunæ adiumenta. Nã diuitijs liberalitas gratior omnibus virtutibs in vſum deduci valet. Bello quoque, & pace, in qui-

Laurentius.

Nicolaus.

Laurentius.

Digitized by Google

bus pecuniarum ſumptus maximè ſunt neceſſarij, gloria acquiritur, à qua deſcendit nobilitas, magnificentia quoque, ex qua nomen noſtrum, & fama admodum augetur, nulla erit abſque fortunæ bonis. Patria inſuper plurimum præſtat præſidij ad nobilitatem. Senſit hoc Themiſtocles; cum Seriphio iurganti, patriæ illum, non ſua laude clarere, reſpondit, neque Seriphium ignobilem euadere potuiſſe, neque illum Athenienſem clarũ, aut nobilem vnquam fuiſſe futurum. Neque enim ex aliquo oppidulo profectus eadem rerum vtetur facultate ad gloriam conſequendam, qua Florentinus ciuis, neque etiam Florentinus ex ſola ciuitate nobilitatem aſſequetur. Genus prætereà multum opitulatur ad nobilitatem. Non enim ſolùm virtute, ſed multò plus quandoque maiorum gloriæ, & imaginibus legimus demandata imperia, prouincias, & triumphos decretos, quæ ad nobilitandos homines ampliſſimam materiam ſuppeditarunt. Rectè enim

Ariſtoteles. ſenſit Ariſtoteles, qui virtutes ſuffultas diuitijs voluit nobilitatem præbere. Diuitiæ quidem cum neque bonæ, neque malæ, ſed pro modo vtentium habeantur, ſi ad virum bonũ peruenerint, illuſtrem illum, & velut in aciem educere videntur, in qua eluceſcere virtutes poſſunt. Vtetur fortunæ bonis, tanquam inſtrumento ad vitæ curſum, & virtutum vſum, neceſſariò cõferet illa in amicorum ſubſidium, in munificentiam, in patriæ defenſionem, quæ virtutes mancæ, & debiles abſq; opibus erunt: nullum eorum officium exercentes. Quid enim mihi ad vitæ communis ſubſtentaculum præſidij af-

fert

fert Stoicorum liberalitas? In ipſo animi affectu, non opere locatur. Præclarè igitur Ariſtoteles intelligens ad earum virtutum rationem, in quibus ciuilis vita verſatur, neceſſarias eſſe fortunas, quibus virtute præditus prudentèr vtitur; haud immeritò exiſtimauit ad nobilitandum hominem diuitias debere cum virtute eſſe coniunctas. Paupertas enim quamuis à multis laudetur, tamen videmus cùm Philoſophos, tũ viros omni laude digniſſimos paupertatis laude, quàm diuitijs carere maluiſſe. Hoc, inquit Nicolaus, non illius culpa, ſed vitio hominum contingit: qui cum doctrina Ariſtotelis deprauati diuitias laudant, tum naturæ imbecillitate corrupti deprauatique paupertatem, tãquam abiectiſſimam in extremis malis ponunt, cum plus ęquo has appetant, nullam ſine eis ad virtutem, & benè viuendi vitam credunt. Sed nos hoc loco non quid corrupta opinio loquatur quærimus, ſed quid pronunciet veritas, quæ mea quidem ſententia longè eſt ab Ariſtotelis deſcriptione. Nam diuitiæ, ſi rectè aduerteris, ſuperbum, impotentem, laſciuum, contumelioſum, promptiorem ad voluptates, & vitia ſolent hominem reddere. Quod & ipſemet ſentiens ſcripſit, ſolere propter diuitias fieri homines deteriores. Quarè cùm diuitiæ rarò ſocietatem habeant cum virtute, rarius gignẽt nobilitatem. Hoc & ipſe in Politicis fatetur dicens, nobilitatem, & virtutem in paucis eſſe, addens diuitias. Quæ ſi quid nobilitarent, arca, & ſacculi nobiliores eſſent poſſeſſore. Illud inſuper aſſeuerabo, nullas dignitates, nullos honores, nullas res geſtas, nullos magiſtratus,

Nicolaus.

nulla

Digitized by Google

nulla imperia, nullos triumphos, veram nobilitatem ſecum importare, niſi fuerit admixta, & tamquam rerum moderatrix adiuncta virtus. Famam quidem, & veluti gloriæ vmbram ſecum in vulgus ferunt, ſed nobilitatis laus petitur à virtute. Iſta verò tria, genus, patria, maiores, & cætera, quæ modo retuliſti, abſque virtute ſunt tanquam cauponularum inſignia, quæ denotant, vbi vendantur vina, nihil tamen ad eorũ ſuauitatem conferentia; virtus enim ex ſeipſa ſubſiſtens, etiam abſque iſtis adminiculis nobis patet ad nobilitatem. Ex intimo quoque gradu eruendum M. Catonem priſcum non patria, non genus, non diuitiæ, Tuſculi enim natus eſt, obſcuro genere, tenui cenſu, ſed eximiæ plurimæque virtutes nobilitarũt. C. item Marius, Arpinas, ruſticanus, ignotus, paruo ſtipendio militans, à virtute ſola, & rebus geſtis nobilitatem cæpit. Sertorium quoque virum Nurſium plures virtutes inſignem, ac nobilem effecerunt. Vides igitur, & his, & pluribus alijs, à ſolis virtutibus, non à diuitijs, vel externis aliis adiumentis, nobilitatem conceſſam. Tum Laurentius hic noſter, inquit, more ſuo omnibus contradicendi, ac detrahendi artem profeſſus, ſingulorum ſententias damnat, ipſe nihil affert, quo quid ſentiat noſcatur. At id tua culpa accidit, Nicolaus ait, qui potius quid non ſentirem, quam quid ſentirem dicendi materiam præbuiſti. Nam ſi quę probem quęris, facilis eſt explicatio. Non enim Diogenes ſum ille cynicus, qui nobilitatem irridens, dicebat illam eſſe malitiæ velamentum: ſed qui minimè conueniam cum vulgi opinione. Neque id illam eſſe iudicem,

M. Cato. *C. Marius* *Sertorius.* *Laurentius.* *Nicolaus.*

dicem,

dicem, quod hi, qui in omni vita delirare videntur. Ego, quæ mihi ſimilior vero videtur, Stoicorum ſententiam laudo, qui tum omnibus in rebus, quæ ad rectam viuendi rationem pertinerent, tum vel maximè in hac vna re ex ipſius Philoſophiæ fonte nobilitatem hauſerunt. Hi non ad vulgarem auram, ſed ad veritatis præſcriptum, ac normam rationis locuti, non fortunam, rem fallacem, ac dubiam: ſed virtutem ſequuntur, veluti certam rectè viuendi ducem, ac magiſtram. Illam cæteris preeſſe rebus, ac modum ferre: reliqua ei ſubeſſe, & ab ea regi voluerunt. Hi bonorum finem in honeſto poſuerunt, cuius ſtabilis, ac manens noſtrique eſt iuris poſſeſſio; quæ verò ſubijciuntur fortunę, labuntur more fluminis, nulla in parte firma, omnibus infida. Hi, vt alia multa, ita & hoc veriſſimè videntur dixiſſe: nobilitatem ex ſola naſci virtute. Atqui huius ſapientiæ auctorem, ac Principem videntur habuiſſe Platonem, cuius ſapientia ſingularis, & penè diuina omnibus in rebus fuiſſe putatur. Hic cum quadrifariam partiatur nobilitatem: vt in eius vita refert Laertius Diogenes: atque vnam eorum aſſerat, quibus clari, boni, iuſtique parentes fuere. Alteram parentes, qui potentes, aut principes extiterunt. Tertiam, cum noſtri maiores fama, & rebus bello geſtis, vel publicis certaminibus parta corona claruerunt. Quartam, eamque preſtātiſſimam omnium, ſcribit eorum, quibus non aliena, ſed ſua virtus, & animi magnitudo nobilitatem donarit, quos ſolos vult eſſe dignos, vt nobiles appellentur. Platonis hæc diuiſio illam veram, germanamque, & ſuo robore

Stoicorum nobilitas.

Plato.

Nobilitas quadrifaria.

bore nixam nobilitatem iudicat, quam virtus producat. Eſt enim nobilitas quaſi ſplendor quidam ex virtute progrediens, qui ſuos poſſeſſores illuſtrat ex quacumque conditione emergentes. Nam virtus maiorum, principatus, gloria certaminum, & geſtarum rerum, illorum bona ſunt: illos ornant, & inſignes reddunt, qui ea ſibi ſuo labore, ſua induſtria peperere. Nos verò laudem, & nobilitatem meremur noſtris meritis, non alienis, & his actionibus, quæ ex noſtra prodeunt voluntate. Quid enim ad nos attinet, quæ multis ſeculis ante nos, noſtro neque conſilio, neque opere acta ſunt? Illa ſuis auctoribus lumen, & gloriam præbuerunt, nobis ad imitandum patefecerunt viam, quam ſi ſequamur tanquam parentum opibus ſuffulti, minoris tamen nos exiſtimari neceſſe eſt, quam eos, qui nullis maiorum ſubnixi veſtigijs, ſibijpſis, ad iter virtutis, & gloriæ auctores extiterunt. Quantò enim maioris habetur ædificare domum, quàm habitare, aut ornare ædificatam: tantò præſtabilius eſt, atque excellentius ab ſe partam nobilitatem poſſidere, quam ſeruare ab alijs acceptam, cum alter ſuis viribus, & lumine reſplendeat, alter præſeferat alienum. Quare ſoli virtuti palma nobilitatis tribuenda eſt. Atria verò maiorum imaginibus referta, porticus ſignis, ac tabulis ornati, magnificæ villæ, templa conſtructa, varia domus ornamenta, plus admirationis aſpicientibus, quàm nobilitatis ſecum ferunt. Hunc Antiſtenes ſecutus, ſcripſit, eoſdem ſibi videri nobiles, & virtutis ſtudioſos: in ſola virtute nobilitatem cōſtituens. Stoici hanc Platonis ſententiam complectuntur,

Antiſtenes.

ſtuntur,& ſolos ſapientes nobiles eſſe volunt. Hoc & Cicero noſter refert, & Seneca ex Stoicorum ſecta philoſophus excellens, tum multis in locis, tum maximè in quadam ad Lucilium epiſtola(ea quarta eſt,et quadrageſima) vt opinor,nobilitatis fontem, atque originem animi virtutibus aſſignat. Ait enim, cum de nobilitate diſſereret. *Bona mens omnibus patet: omnes ad hoc ſumus nobiles. Patricius Socrates non fuit. Platonem non accepit Philoſophia nobilem, ſed fecit. Quis ergo generoſus? Ad virtutem benè à natura compoſitus: hoc enim vnum eſt intuendum. Nam ſi ad vetera nos reuocas: nemo non indè eſt, ante quod nihil eſt. Omnes ſi ad primam originem reuocentur, à primo mundi ortu vſque in hoc tempus produxit nos ex ſplendidis, ſordidiſque alternata ſeries. Plato ait, neminem Regem non ex ſeruis oriundum, neminem non ſeruum ex Regibus. Non facit nobilem atrium fumoſis imaginibus plenum. Nemo in noſtram gloriam vixit. Animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione ſupra fortunam licet exurgere.* Hæc Senecæ ſunt verba, quibus mihi videtur vir ſapientiſſimus,tanquam ex Apollinis oraculo nihil verius excogitare, aut dicere potuiſſe, quā illam verā eſſe nobilitatem,quam virtus præbeat,& ſapientia: eoſque ſolos eſſe nobiles, quibus virtutum officia laudem ſubminiſtrarunt,& dignitatem. Iuuenalis verò cum in Satyra quadam communem,ac vulgarem nobilitatis opinionem multis argumentis reprobaſſet,rectam rationem ſecutus; neque ea ex his pendere, quæ tu paulò antè cenſebas,oſtendens,hanc *Seneca.* *Iuuenalis.*

eandem ſententiam affirmat, ſcribens ſolam, atque vnicam virtutem nobilitatem eſſe. Equidem Cleanthem philoſophum, qui aliquandò rigandis hortis aquam traxit: & Demetrium, quem Seneca in ſtramentis cubantem cum videt, non præceptorem, ſed teſtem virtutis, ac veritatis dicit, nobiliores Pericle, & Themiſtocle, crediderim, quos magis patriæ claritas, & imperium, quàm ſua virtus nobilitauit. Nam rerum geſtarum gloriæ multi exiſtunt participes ſocij milites fortuna: ſine quibus nulla clareret eorum virtus. At philoſophiæ, quæ ſola nos ad ſapientiam, virtutumque omnium, quibus vita noſtra ſeruatur, & colitur, cognitionem perducit, is ſolus eſt particeps, qui illi inſudauit. Nam prudenter, ſapienterque viuens non aliunde, ſed à ſeipſo bona vitæ refert accepta, eius ſunt propriæ laudes, non ab alio mutuatæ. Qui virtutum exercitio functus eſt, is ſolus nullo externo adiumento ſibi gloriam parit, ex qua præclaram elicit nobilitatem. Tum Laurentius, & ſi ad eam, inquit, arbitror ſpectare virtutem, magnumque habere pondus; tamen non in ipſa ſita omnia videntur. Sed neceſſe eſſe, vt ei, qui hoc nomine dignus videatur, adſint externa quoque, quæ paulò ante repellebas: atria imaginibus referta, porticus, theatra, ludi etiam populo facti, venationes, & reliqua eiuſmodi, per quæ nomen noſtrum cum laude vulgetur. Hæc enim claros, & homines celebres præſtant, & nobiles efficiunt. Nam ſicut gloria virtutis, & rectè factorum eſt comes: ita ex his progreditur ſplendor quidam, hoc eſt nomen, & fama non vulgaris, quæ nobilitas appellatur.

Laurentius.

latur. Hanc maiorum quoque noſtrorum præclara facinora, & virtutes videntur præbere poſteris, & paternæ gloriæ decus nobis tribuere: tanquam lumen, quo clariores, notioreſque efficiamur. Quis enim negat, nos progenitorum virtutibus reddi illuſtriores, ac nobiliores? Nam ſi quæ agimus, celebrari volumus memoria poſteritatis, neceſſe eſt, vt ea commemoratio, commendatioque, tanquam parentum imagines refulgeat in filios, ad quos hæreditatem quoque gloriæ transfundere voluerunt. Eſt profectò multorum opinio, nobilitatem, quemadmodum bona fortuita, hæreditariam nobis à parentibus relinqui: quæ abijcere, ac retinere in filiorum ſit licentia, & poteſtate. Nàm qui maiorum virtutes, & patrimonium ſeruauerit nobilitate reſpondebit Superioribus. Qui deterioribus ſtudijs deditus vitijs, & flagitijs vitam macularit, profligabit nobilitatem partam, non ſecus, ac patrimonium ſi prodigus fuerit, & ſumptibus profuſus. Nullo autem pacto negandum eſt, paternam nobilitatem migrare in filios: & eſſe, & dici nobiles, quorum nōdum virtus eſt cognita. Hoc & ſentit Cicero in oratione, quam pro Roſcio ſcripſit, inquiens. Voſque adoleſcentes, qui nobiles eſtis, ad maiorum veſtrorum excitabo imitationem. Vult ſapientiſſimus Cicero etiam illos nobiles, qui nondum per ætatem paternarum virtutes imitatores eſſe potuerunt. Atqui (loquar enim quod ſentio) citius appellabo nobilem, qui excellentes parentes poteſt referre, ipſe vel paululùm virtute ornatus, quam, qui obſcuris maioribus extiterit omni virtutum genere excellēs. Cicero.

Priori patefactus eſt aditus ad lucem commendatione maiorum, quæ illos notiſſimos vulgo fecit, vt paruula quædam virtutis lux in eo plurimum reſulgeat propter ſuperiorem ſplendorem. Huic autem, cui nullus præceſſit aditus ad hominum famam, magno lumine opus erit ad illuſtrandam, in qua natus, obſcuritatem: maiore enim quadam difficultate per ignotum iter cogitur proficiſci. Alter partam gloriam paruo labore ſuſtentat: alter cum obſcuritate certans, plurimo tempore, multo labore, opera diligenti eget ad amplitudinem, & laudem, ex qua venit nobilitas, conſequendam. Iſtam verò, Nicolae, tuam Stoicam virtutem nudam, egentem, & pene moleſtam, quæ non ingreditur ciuitates, ſed deſerta videtur, & ſolitaria, licet multi laudauerint: tamen qui appetant, pauci reperiuntur, & quamuis à ſola virtute duci nobilitatem velint, fateantur tantum oportet, niſi ciuilem vitam refugiant, multis illis opus eſſe præſidijs, valetudine, opibus, patria, reliquiſque rebus, in quibus fortuna dominatur. Quibus ſi priuata erit vita mortalium, algebit profectò, & virtus veſtra veluti ſola, atque egens, neque in hominum cœtum, & communem vſum prodibit, vt ex ea nata videatur nobilitas quædam ſub ruſtica omni carens nobilitate. Nam quæ nobilitas inerit vel philoſopho, qui ſuis ſtudijs contentus latebit in in Bibliothecula ſibijpſi penè ignotus; vel ei, qui piè, caſtè, ſapientèr viuens, abditus degit in villula nullis hominum ſermonibus celebris, nullo nomine illuſtris? Huic virtutem conceſſerim, ſed nullam adeſſe nobilitatem: ſtudioſum virtutis, non nobilem

lem

lem,appellabo. Iſtam nobilitatem Stoicorum pauci quærunt, pauciores adipiſcuntur. Ego autem illam appeto,illam probo, quam conſuetudo mortalium iamdudum confirmatam multis vſurparit, qui aliud quiddam, quam virtutem Stoicorum reddere nobiles crediderunt. Non inficiabor,Nicolaus inquit, ciuem egregium in ſua ciuitate honoribus, & dignitate præditum, ſi idem fuerit ſeruator honeſti,nobilem eſſe: illum quoque adiungam, qui procul à Reipublicæ negotijs virtuti deditus, ſibi vacat,& bonæ menti. Neque minus fortem appellabo,qui cum vitijs,quàm qui cum hoſtibus bellum gerat. Neque imprudentiorem eum, qui vitæ ſuæ curſum ad honeſtatem dirigit, quique, quæ appetenda,quæuè fugienda ſint,didicerit,quàm qui Reipublicæ curæ intentus de bello, ac pace, deq; ipſius vtilitate conſulat. Philoſophos quoque doctos viros, qui ſuis ſtudijs, & vigilijs vitam hominum varias per artes excoluerunt,quique, vel ſcriptis, vel exemplo nobis ad inſtituendos mores,& vitia propulſanda profuerunt, quantumuis abditi, non tantum nobiles, ſed nobiliſſimos fuiſſe dixerim. Illud quoque, ne me pertinacem putes, vtque tibi paulùm morem geram,conceſſero, aliquid ſplendoris, & dignitatis in nos ex Patria, & maiorum gloria redundare,vt eius quadam ex portiuncula participes poſteri dicantur. Sed tamen id,cum mentem ad rationem flecto,quale ſit non ſatis proſpicio. Mihi quidem ea videntur eſſe blandimenta inertium,ac ſomnolentorum, qui, quod ipſi aſſequi nequeunt, tanquam ab alijs acceperint, ignauiæ titulum præferunt,

Digitized by Google

runt, puluerem omnem, ſolemque fugientes deliteſcunt ſub vmbraculis; ac commemorantes priſcorum virtutes, ipſi in ſuis penitùs obmuteſcunt. At verò patria omnibus æquè lucet. Illi autem excellentiſſimi viri, non magis filijs, quàm cæteris ſui imitandi veſtigia reliquere. Lumen quidem, quod eſt in publico, licèt pateat omnibus, magis tamen ei, qui propè eſt, lucet, quàm qui remotior. Ita qui illorum laudi magis hærebit, nobilior euadet, quàm qui à longè reſpiciet. Etenim ſicut Platonis, & Ariſtotelis, non filijs magis, quàm alijs, doctrina, & ſapientia profuit: ita ſuperioris Scipionis virtus, non plus filios, quàm me nobilitauit, ſi illius fuerim imitator. Quare plus Ariſtotelicæ nobilitatis iudico participaſſe Theophraſtum, qui illi non ſchola, & doctrina ſucceſſit, quam Nicomacum filium, qui longè illo doctrina inferior fuit. Virtus enim omnibus eſt impromptu: eius efficitur propria, qui illam amplectitur. Secordes, ignaui, improbi, peruerſi, qui ſe in ſuorum maiorum locum putant ſucceſſiſſe, eo ſordidiores, quam cæteri habendi ſunt, quo longiùs diſtant ab imitatione parentum. Equidem libertum Ciceronis tyronem nobiliorem cenſebo, qui patroni virtutibus inhæſit, quam filium deſiſtentem ab honeſtate paterna. Nam qui virtutem abſque externorum comitatu nudam, egētem, incomparatam, & tanquam ſolitariam credis, vehementèr erras. Non eget alterius ope, aut fortunæ adminiculis virtus: quæ ex omni parte perfecta, ſua met dignitate, cultu, decore, tanquam Regina in ſummo collocata reſplendet, ſuoque fulgore totum orbem

bem illuſtrat. Quid enim illi opus eſt rebus externis, quæ ſuis facultatibus, opibus, quæ cæteris præſtat, contenta eſt: neque aliquo indiget opitulamento, quod extra eam poſitum exiſtat? Egere enim defectus eſſe videtur. At virtus, cum in ea ſatis ſit præſidij ad benè, beatèque viuendum, neque aliquo egeat (res enim quædam perfecta eſt, & ſuis partibus abſoluta) nihil ad ſui perfectionem extra eam requirit: neque quidquam addi poteſt, quo virtuoſior efficiatur. Sapientèr igitur Stoici, qui virtuti nulla re extra ſe poſita opus eſſe iudicauerunt: ex qua ſola voluerunt prodire nobilitatem. Et qui ſecus tenent, non tàm veritatem, quàm vulgi opinionem videntur ſequi. Quæ quidem ſententia prçterquamquod eſt veriſſima, ſummã vtilitatem vitæ noſtræ videtur afferre. Nam ſi perſuaſum erit hominibus honeſtate, & bonis artibus nobilẽ fieri, eamque veram eſſe nobilitatem, quam ſibi quiſque rectè agendo quæſierit, non quæ ſit alterius induſtria, & labore parta, excitabimur, mihi crede, magis ad virtutem, neque deſidia confecti, nihil agentes dignum laude, in aliorum gloria acquieſcemus: ſed ipſi erigemur ad nobilitatis inſignia perueſtiganda. Licèt videre illos, quibus diuitiæ abſque labore ſuo obtigerunt, inertiores, ac negligentiores in earum cuſtodia, quàm ſi ſuo ſudore acquiſitæ prouenisſent. Eodem pacto, qui ſibi hæreditario iure nobilitatem relictam arbitrantur, aridiores ad quærẽdam laudem lenteſcunt quodammodo, ac torpeſcunt: nec commouentur ad ſtudia honeſti: ſatis ſibi eſſe ducentes recenſere Superiorum probitatem. Quibus

Nobilitas ex virtute.

Digitized by Google

bus verò perſuaſum fuerit, nullam, niſi in propria virtute, & gloria nobilitatem poſſideri: inflammabuntur ardore quodam ad ea efficienda, ex quibus eluceat in eis ſuperiorum virtus. Et ſiue ſequentur exempla parentum, ſiuè alijs exemplo ſe eſſe volent, adipiſcentur veram nobilitatem, quàm certè iudico clariorem eius, qui ſuaptè natura, ex opere, cultuque virtutis fuerit nobilitatus, quàm qui in

Concluſio. iam parta ſuccedit. Colenda eſt igitur, Laurenti, præcæteris rebus virtus, quæ nos non tantum nobiles efficit, ſed etiam beatos: redditque fama, & memoria hominum immortales. Ab hac nobilitas, ab hac vitæ curſus petendus eſt, ab hac omnis rectè viuendi ratio expetenda. Sed iam ſatis collocuti ſumus. Vtrius autem verior ſit ſententia, hi viderint, quibus eſt acrius ingenium ad diſputandum. Liberum eſt omnibus ſentire, quod velint. Nunc autem, quamuis æſtus paulùm declinarit, deambulandum extra oppidum cenſeo: viſendumque fluuium, quem iſte nobis ſæpiùs ob fertilitatem piſcium laudauit.

Poggij Florentini de Nobilitate Libri diſceptatorij finis.

Digitized by Google

LEONARDI CHIENSIS;
ARCHIEPISCOPI MITYLENÆI,
EX PRÆDICATORVM FAMILIA'

CONTRA

CAROLVM POGGIVM FLORENTINVM

DE VERA NOBILITATE
Tractatus Apologeticus,

CVM

AVTHORIS VITA,
NONNVLLISQVE
ANNOTATIONIBVS
ABBATIS MICHAELIS IVSTINIANI
PATRITII IANVENSIS
EX CHII DYNASTIS.

Abellini, Per Hæredes Camilli Caualli. M. DC. LVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

AVTHORIS VITA PER ABBATEM MICHAELEM IVSTINIANVM ſcripta.

LEonardus Chius Mitylenæorum Archiepiſcopus Chij [1] humilibus, vt ipſemet ingenuè fatetur, [2] parentibus, egeniſquè eſt ortus, licèt à Hieronymo Iuſtiniano inter Antiſtites Iuſtinianos incõſultò adnumeretur [3] Prædicatorum Ordinem in Conuentu S. Dominici eiuſdem vrbis, adhuc iuuenis, amplexus, iuxtà Fratrum Galliæ [illegible] genuino cognomine à Patria Chienſis nuncupatus, Patauij humanis, diuiniſque literis, in quibus plurimum profecerat, animum diù intendit. Variarum linguarum, Græcæ præſertim, & Latinæ peritia claruit, ac in rebus agendis mira dexteritate fuit. Conceſſioni ſitus pro cuiuſdam ſacelli conſtructione in Eccleſia Diui Dominici Genuæ, Franciſco Iuſtiniano Equiti, & Oratori pro Republica apud Sigiſmundum Imperatorem [4] factæ, vnà cum cæteris Fratribus interfuit, in eaquè licentiatus nuncupatur. Quæ autem munera in Religione obiuerit, adhuc incertum apud nos eſt, præſertim cum antiqua præfati Cœnobij Sancti Dominici Genuenſis monumenta, ob Archiuij incendium, [5] modò non extent: Chienſia verò in ipſius

1. Circa annū 1400.

2. In Opuſculo n. 13.

3. In Deſcript. Inſulæ Chij, Gallicè ſcriptæ quæ in Bibliotheca Barberina & Mazarina ſeruatur.

4. An 1426 die 10 Maij per Acta Dexterini de Paltino, cuius cōceſſ. inſtrumētum apud Io. Vrbanum Iuſtinianum, Equitem Sc[illegible]

Digitized by Google

Inſulæ occupatione à Piali, ſummo Solymani Turcarum Tyranni Claſſium Præfecto, aſtu [6] *facta, deperdita fuerint, & apud Ordinis Prædicatorum Scriptores nulla de Leonardo mentio reperiatur.* [5] *Certum tamen eſt, quod ad Mitylenæ, vrbis Lesbi, à qua tota Inſula hodiè Mitylinum vocatur,* [7] *Archiepiſcopatum, per obitum cuiuſdam Dorothei vacantem, Leonardum, ob eius egregias animi dotes, eximiaque talenta, ipſi Eccleſiæ, temporibuſque illis per opportuna, Eugenius IV. in aduerſis conſtantiſsimus Pōtifex, meritò* [8] *extulit, petente, vt fertur, Maria Iuſtiniana, eiuſdem Inſulæ Principe. Iſidorus deindè Cardinalis Polonia, natione Romæus, olim Ruſsiæ Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolicæ Legatus à Latere à Nicolao V. Summo Pontifice, viro probitate, & doctrina inſigni, Byzantium* [9] *ad Conſtantinum Palæologum, poſtremum Græcorum Imperatorem, miſsus, vt Græcos ipſos in vnionem cum* [10] *Latinis in celeberrimo* [illegible] *eodem Eugenio, præſenteque Ioanne Palæologo præſidente* [illegible] *tinopolitano Imperatore, conſtabilitam, ex qua turpiter receſſerant, reuocaret, Leonardum huiuſmodi controuerſiarum, morumque Græcorum peritiſsimum magno cum profectu adhibuit. De qua Legatione Leonardus in capta à Turca Conſtantinopoleos Hiſtoria hac ad Nicolaum ſcribit:* Cum itaque Reuerendiſſimus Pater D. Iſidorus Cardinalis Sabinenſis pro natione Græcorum Legatus in ſuum famulatum me ex Chio vocaſſet, ego ſumma cum diligentia, vt fidē S.R.E. fortitèr, conſtantèrque, vti debitum exigit, defenſarem, captabam proindè, & mores, & naturam Græcorum, atque ex argumentis, & Sanctorum Theologo-

cobi, & Ephebum Philippi III. Hiſpaniarum Regis vidimus.

5. Antè annum 1550. ſecus[illegible]

6. An. 1566. die 17. April Boſius in Hiſt. S. Io. Hieroſolymit. p. 3. lib. 36. Spondan. in cōtin. Annal. Eccleſ. Baronij tom. 3. ſub an. 1566. n. 13. Allatius in perpet. Vtriuſq; Eccleſiæ Conſenſ. lib. 3. cap 7. Vghellus in Italia Sacra, t. 3. in Appēdice inter Epiſc. Adiac. in Vita Iulij Iuſtinian. & glorioſo obitu 18. Puerorū Iuſtinian. lib. 1.

7. Pius II. in Deſcript. Aſiæ Minoris c. 74.

8. Ex Actis Cōſiſtorialibus apud Emin. Card. Carolū Medicem ſacri Collegij Decanū ſub An. 1444 Kal. Iulij.

9. An. 1452. Nepos Ducę Michaelis in Hiſtor. Byzantina.

logorum dictis conabar intelligere, quodnam eorum eſſet ſtudium, quod propoſitum, quæ rationes, quis finis eos à vera intelligentia, debitaque obedientia vel reuocabat, vel retrahebat. Intellexi planè, præter Argylophilum artium Magiſtrum, Theophilum Palæologum, Hieromonachoſque paucos, & alios laicos, quòd ambitio Græcos quaſi omnes captiuaſſet, vt nemo eſſet, qui zelo fidei, vel ſalutis ſuæ motus primus videretur fieri velle ſuæ opinionis, & pertinaciæ contemptor. Ex vna parte ad ſacrum articulum proceſſionis à Filio Sancti Spiritus vrgebat eos conſcientia. Ex altera, nè meliorem Latini, quàm Græci de veritate fidei intelligentiam habere viderentur, elationis tumor obducebat. Verùm quoniam nec ratio, nec auctoritas, nec variæ Scholarij, Iſidori, Neophitique opiniones aduerſus Romanæ Eccleſiæ fidem ſtare poterant, actum eſt induſtria, & probitate præfati D. Cardinalis, vt ſan- [10. Card. Horatius Iuſtinianus in Actis Concilij Florentini.]

Decembris Spi[illegible] Senatuque[illegible] non

Vnione peracta, Mahometes, ſecundus Turcarum Tyrannus, poſt diuturnam obſidionem, [11] in diebus Pentecoſtes, Conſtantinopolim occupaſſet, Leonardus quoquè captus, vt is [12] inquit, malèque habitus fuit, quamuis eius liberationis modum haud narret. Huic Leonardo tribuitur prænarrata relatio de Conſtantinopolis expugnatione ad memoratum Nicolaum Pontificem miſſa, in qua cum non minus Genuenſis nationis dignitas, quàm Ioannis Iuſtiniani, præfati Conſtantini Imperatoris Præfecti generalis, virtus immeritò lædatur, facilè mihi

[11. Eſt capta Cõſtantinopolis Pẽtecoſtes feria ſecunda, et violatæ fidei, quam in Concilio Florentino Ioannes Palæologus Imperator dederat, mercedẽ agnoſcas. Aubertus Miræus in Chronico pag. 360.]

& alij Hiſtorici ab Authore relati in Origine B. Virginis Conſtantinopolitanæ lib. 2. an. 17.
12. In Hiſt. Expugnat. Conſtãtinopolis.
13. In Codice Manuſcripto n. 4137.

mihi perſuadeo huiuſmodi deſcriptionem vel à Leonardo minimè conſcriptam, vel à Genuenſium inimicis, in quorum manus peruenerat, adulteratam eſſe, & in Bibliotheca Vaticana ab ipſis repoſitam: vndè vulgata à Sanſouino indè fuit, vt curioſus Lector in eadem [13] videre poterit. Probabile enim videtur, Leonardum, Iuſtinianorum Subditum, de Iuſtiniano, deque eius Genuẽſi natione, quibuſcum in Lesbo, Chioque Inſulis aſsiduè verſabatur, reuerentia Dominis debita, ac propria vita neglecta, tàm malè non locutum fuiſſe; cum veritati potiſsimùm id apertè repugnet. Eoque magis hoc mihi arridet, cum idem Nicolaus Pontifex in datis ad Philippum, Ducem Burgundiæ, ſuper præfata Byzantina iacturа literis ſcribat: [14] Hic Ioannem Iuſtinianum Genuenſem, Theophilum Græcum, & Ioannem Sclauum Dalmatam, fortiſſimos Duces, occubuiſſe: nonnullaquè illius temporis monumenta, quæ in Archiuio Pontificio [illegible] conſeruabant. Quibus innixus Paulus V., ſummæ prudentiæ Pontifex, inter cæteros Iuſtinianos, bellica virtute claros, his verbis Ioannem laudat: [15] Io: Iuſtinianus, qui à Conſtantino, Græcorum Imperatore, rei bellicæ, terra, mariquè cum ſummo imperio Præfectus, ei bello, ac defenſioni Ciuitatis Conſtantinopolitanæ, in luctuoſa eius expugnatione cum admirabili virtute præfuit. Prout etiam felicis recordationis Innocentius X. eadem mutuatus verba, illud celebrat. [16] Ac nepos Michaelis Duce, Græcus, nobiliſquè illius æui hiſtoricus, nouiſsimè Typis editus, [17] pleriquè alij grauiſsimi Scriptores,

14. Meyrus in Annal. Flandriæ to. 1. lib. 16. & Bzouius in Annal. Eccleſ. to. 17. an. 1453.

15. In Diplomate Vincentio Marchioni Baſſani, ann. 1606. menſis Decemb. directo, & in Actis Notar. Cameræ reproducto.
16. In Diplomate Andreę Iuſtiniano, Principi Baſſani, ann. 1644 die

quos

quos breuitatis cauſa omitto, de Ioannis generoſitate, militari diſciplina, & eximijs eius in Rempublicã meritis præclarum proferunt teſtimonium. Lectores præterea ad Chienſem Hiſtoriam, & Annales Iuſtinianos, quos molior, remitto; vbi hac de re fuſius diſcutiuntur plerorumquè Scriptorum opiniones. Ea verò, quæ nonnulli ex ijs deplorabilem Conſtantinopolitanam cladem narrantes, de Ioanne haud dignè ſcripſerunt, à prænarrata potiſsimum relatione, veluti riui ex fonte hauſerunt. Quare huiuſmodi hiſtoriæ cautè legendæ ſunt, Græcorum præſertim, qui miro artificio Byzantinum excidium Ioanni, cæteriſquè Latinis commilitonibus, pro ſanguinis in eorum defenſionẽ effuſi mercede, tribuere impudentiſsimè conantur, cum ipſorum perfidiæ, & auaritiæ, teſte[18] *D. Antonino Florentino Archiepiſcopo, ſit illa lacrymabilis iactura optimo iure adſcribenda.*

Cum autem ego Leonardum Apologeticum Tractatũ aduerſus Carolum Poggium, Virum clariſsimum, ac eiuſdem Eugenij à Secretis de Vera Nobilitate ſcripſiſſe, & in Sereniſsimi Imperatoris Bibliotheca manuſcripta ſeruari[19] *intellexiſſem, omnem adhibui diligentiam, vt illius authographum inuenirem. Quod quidem non ſine ingenti animi voluptate, Genuæ apud Io. Antonium Iuſtinianum, prudentem Reipublicæ Senatorem, reperi, & ad literatorũ oblectamẽtũ, ac ipſius Leonardi memoriam propagandam, nec non eius nomen Ordini Prædicatorum reſtituendum, vnà cum contendentis Poggij opuſculo Typis tradere, eruditiſsimorum virorum conſilio id quoquè approbante, ſtatui; cum huiuſmodi Poggij opus vix circumferatur, & magna cum difficultate in celebri Biblioteca Barberina inuenire potuerim: ac demum,*

21 Nouembr. directo, & in eiſd. Act. reproducto.

17\. Ab Iſmaele Bulialdo Galliarum Regis Bibliothecario.

18\. In Hiſtor. ſub Ann. 1453 & Miræus loco cit.

19\. Ex Epitome Bibliothecæ Conradi Geſneri locupletata per Ioſiam Simlerum in Appendice.

mum,

mum, vt vtriuſque authoris argumenta ad probandam propriam ſententiam liquidiùs paterent. Aliqua de Authoribus non indigna ſcitu addere, & nonnullas annotationes in Leonardi Apologia, vtpotè neceſſarias ad maiorem Lectoris intelligentiam ſubſcribere non me pœnituit. In Poggij verò Diſceptatione nihil adnotare opinatus ſum, mihi perſuadens, alios antè me hunc ſuſcepiſſe laborem, licèt pro comperto vſquè adhuc id non habeam. Lætentur cæterùm literarum ſectatores, Leonardum tàm doctum, & eruditum virum, in ſuum habere defenſorem. Nec quiſquam Nobilium miretur, ſi illam Leonardus ſequutus fuerit opinionem, cui ortus ipſe ſuus addictum eum reddidit: admiratione immò digna eius videretur ſententia, ſi contrariæ adhæſiſſet opinioni, cui ab ipſa natura haud fauere didicerat. Quid autem circa eorumdem Authorum opiniones ſentiam, in ipſis notis id explicabo. Quanto verò tempore vixerit Leonardus, Eccleſiam ſuam adminiſtrauerit, quiduè aliud præclarè geſſerit, mihi etſi diutiſsimè perquirenti adhuc minimè patet. Conſtat nihilominùs Mahometem prænominatum anno 1458., vt ſcribit [20] Boſius, vel anno 1462., vt tradunt [21] alij Hiſtorici, Leſbum vi cœpiſſe, Incolaſquè Latini ritus, inter quos adnumerabatur Archiepiſcopus, aut diriſsimè interemiſſe, aut Conſtantinopolim ad duram reduxiſſe ſeruitutem. Finis equidem deplorabilis, & tanto viro indignus.

20. loc. cit. lib. 7. pag. 197.

21. Nepos Ducæ Michaelis loco cit. & alij Hiſtorici ab Authore relati in Hiſt. Chij, nõdum Typis edita.

EPISTOLA CARDINALIS FIRMANI AD LEONARDVM ARCHIEPISCOPVM MITYLENI.

DOMINICVS Tituli Sancta Crucis in Ieruſalem Presbyter Cardinalis Firmanus, Reuerendo Patri amico ſuo cariſſimo, Leonardo Archiepiſcopo Mityleni, ſalutem. Et ſi ſuperiori tempore Dialogum quemdam de Vera

Nobilitate à claro,& inſigni viro Poggio, Apoſtolico Secretario,editum , magna animi voluptate, magnaque auiditate perlegerim , tùm propter viri auctoritatem, tum propter conſuetudinem,quæ mihi cum illo maxima eſt,tùm maximè propter eiuſdem viri ſapientiam , & doctrinam , humanarumquè litterarum maximam peritiam, atquè diſciplinam . Nihilominus tamen pleraquè ſunt , quæ ſine iniuria tanti viri ; vel aliter eſſe , & opinari poſſe videbantur . Fluctuabamquè aliquando , & animo voluebam ad eum ſcribere, vt me aliquibus certiorem faceret,quod arbitror,& ſapienter, & doctè facilè abſoluiſſet;ſed varijs,vtinam vtilibus, occupationibus diſtractus facere diſtuli . Verùm cum hac die, tuæ paginæ libellus per Prothaſium noſtrum ad me delatus eſſet,iſquè velut hoſpes , & aduena gratè, & iucundè à me ſuſciperetur, tanta illum gratia , & dulcedine redolentem ſenſi , vt illicò ciuis, ac domeſticus effectus ſit . Cumquè illum ferè totum legiſſem , mirum in modum placuit , & gratus extitit , qui non ſolùm dormientis amici beneuolentiam , & charitatem excitare potuiſſet,ſed inimici cuiuſcumquè animum ad beneuolentiam , charitatemque re-

uocare

uocare: Et ut ineptiam meam fatear, eo mihi maximè placuit, quod omnia, quæ in illo legi, adeò noſtræ ſententiæ, & opinioni conſona ſunt, ut in nullo penitùs aduerſari, aut diſcrepare uideantur. Gratias igitur tuæ charitati & ago, & habeo, ſemperque habiturus ſum, quod me ſtudiorum tuorum feciſti participem. Nihil enim gratius, nihil iucundius ad me, licèt ſciolum, & literarum ieiunum, & innumeris ferè occupationibus obrutum, deferre poteras. De his hactenus. Si quid pro tuo honore, & commodo facturus ſum, facito, ut noſcam: illud enim, quodcumquè fuerit, pro mea exiguitate, ſine aliqua exceptione laboris, uel temporis, aut occupationis, omni diligentia, ſtudio, atquè cura efficere contendam. Vale. ex Fabriano 28. Iulij 1449.

Digitized by Google

LEONARDI CHIENSIS, ARCHIEPISCOPI MITYLENÆI,

EX PRÆDICATORVM FAMILIA

CONTRA

CAROLVM POGGIVM FLORENTINVM

DE VERA NOBILITATE Tractatus Apologeticus.

Andreolo[a] *Iuſtiniano, viro inſigni, Leonardus Archiepiſcopus Lesbi ſalutem dicit.*

CVM coram præſtanti viro Luchino[b] Gateluxio, mihi admodum amantiſſimo, publico in loco de rebus digniſſimis, morumque nobilitate ſermo ſerioſius haberetur, quibus non modo, qui claris progenitoribus orti, in faſtigium, culmenque honoris prouehi benemeriti eſſent: verùm illi quoque quamuis ex ignobilibus, virtutum qui illuſtrabantur inſignijs, digniores

res

Digitized by Google

res cenſeri debuiſſent: licentiam accepi, vt quod in carcere tenendum eſſet, apertius demonſtrarem. Reſque cum herclè illi placuiſſet, meritò affirmabat, vt qui virtute eſſet celebris, honore quoque potiore, Sapientum iudicio, fungeretur. At ſi hic honos (inquio ad Luchinum) in virtutis teſtimonium benemerito, Ariſtotelis ſententia, etiam exhibetur; non intereſt, vt honorandus ille vir nobilitatis titulo item rectius decoretur. Venitque mox menti, ò Andreole, libellus viri eloquentiſſimi Poggij tui, quem nouiſſimè ex vrbe in Patriam ſecedens, ſub dialogo Nicolai [3] Nicoli, Laurentijque [4] de Medicis, & grauiter, & ornatè compoſuit. Quod cum mihi ſatis de nobilitate ex virtute primùm manante ſuaſum ſit, lubens ſermonem in laudem eius multis coràm audientibus prorogabam. Qua de re Luchinus auidior factus, ad diſſerendum aliquid ſuggeſſit: quatenus ſi verè eſſet nobilis ex Gateluxiorum [5] clara proſapia ortus, cum Poggio quoque ſentiret. Sed cum intereà multi aſtantes, tanquam rem ſuam, me coram, nobilitatis præſtantiam commendarent, iureiurando per eam orbem dicebant, & decorari, & conſeruari, ſine qua quoque nec cultus, nec robur, nec regimen vrbibus accederet. Ego ab illorum opinione eram longè, qui nobilitatem aliundè ortam ſciui, quæ vera eſſet, quæque illa eſſet, quæ orbem decoraret, & regeret: non ea, quam iſti faſtu, & opinione contingunt. Itaque ſuaſu noſtro, quæ tunc publico in loco de nobilitate diffinita fuere, in volumen, rogatu Luchini noſtri, non vt emendarem priſcos probatiſſimos Oratores, nec vt

com-

completius differens, laudem ab hominibus quæ-
ram,compegi; ſed vt otij noſtri ſeriem, tu quoque
Andreole,vir & probus,& gratus (amicus quidem)
abſens iam coram aſpiceres. Quæ cum ad te ſe-
ries perueniret, non dubitaui, quam primum à te
moderari: gratificari poſt hac quoque haud dubio
potuiſſet. Sic itaque rogatam velim tuam in me
beneuolentiam, vt libellum hunc, ſi bonæ intelli-
gentiæ accommodandum dijudicaueris, ſponte, ac
lubens ſuſcipias; ſin autem à ſano deuiare propoſi-
to ſenſeris,non aſpernatum omnifariam, ſed ad in-
tegritatem per te reductum, correctumuè poſteri
tandem ſuſcipiant. Itaque ad me ſermonem Lu-
chinus dirigens in proſpectu Ægeopelagi[6]. Illu-
ſtris Ducis cominus audiendi gratia accedentis(qui
dedicare cum proceribus ſuis ſoceri,Magnifici Leſ-
bi Principis,nuptias aduentarat) quid ipſa eſſet no-
bilitas, quam ſic à populis quidam diſtinguũt, effi-
cacius percontabatur. Qui cum ſiluiſſent Magni,
Theodoricus quidam è medio proſiliens Hiſtrio al-
ta voce en,inquit,me nobiliorem, qui omnium no-
ui effigiare geſtus: qui nobilium in me dona fre-
quens experior,idque accuratius compleo ſtrenui-
tatis;quod qui ſe nobiles fatentur, ignorant. Tum
in ſaltum prorumpens, ad riſum omnes abundan-
tius prouocauit. Imperatoque ſibi ab Illuſtri Du-
ce ſilentio, hortabatur Luchinus, propoſitum Hi-
ſtrionis interruptione non prætermittendum, qui
aures Illuſtrium Principum, tubæque iam accom-
modatas ſentiret. Parens, obſequenſuè in vocem
hanc prorupi, vt dicendi copia quietiùs præſtare-
tur.

tur. Quod cum indultum fuiſſet, vt diſcuſſa, inquio, res magis in lucem veniat, cum indulgentia priſcorum ante me Oratorum, de re hac diſtinctiùs, completiùſque loquendum erit; qui quam breuitèr alloquuti, nō plenè de nobilitate diſtinguūt, quam licet tractatu luculenti ſcripſerunt. [7] Agimus tamen illis gratias, & debitas, & immenſas, quod noſtrum magis ingenium acuere viſi ſunt. Neque Plato quoque, & Ariſtoteles ſummam philoſophiæ completiùs perſoluiſſent, ſi ab vetuſtiſſimis non ſuſcepiſſent initia. [8] Nam ſi Anaxagoras, Democritus, Empedocles, Zeno, qui elementa philoſophiæ componere magna cum induſtria ſatagebant; licet breuius, incompletiuſque, nihilominus repellendi à poſteris non ſunt: ſine quorum methodo ad completam philoſophiam aditus non facilè patuiſſet, Ita quoque ego, viri clariſſimi, omnibus, qui ante noſtra tempora (& præſertim Poggio) de Nobilitate tractarunt, maximas refero gratias, ſine quorum dedecore impræſentiarum me de ipſa locuturum proteſtor. Hanc Ariſtoteles Eugeniam græco vocabulo in Politicis vocans, ex virtute, & antiquis diuitijs conſtare voluit, quaſi bonam generationem illam appellans. Benè, & pulchrè. Vt bona generoſitas nobilitatem afferret. Sic & Cicero, [9] quod honeſtum, & cum virtute eſſet, illud ſolum bonum eſſe opinatus eſt, ac ſi apertè diceret, omne quod à virtute, honeſtateque deficeret appellationem boni minimè ſortiretur. Quare tum nobilitas bona erit, ſi virtutem (quæ bonum facit habentem) honeſtatemque non deſerit. At quia diuitijs, vera Nobilitas

bilitas

Digitized by Google

bilitas (vti accidentibus illud, quod ſubſtat) magis ſplendet, quæ eroganda ſemper ſunt tempore, loco, opportunitate a ſapientiſſimis, & Nobilibus viris, non incongruè Ariſtoteles eas quoque ineſſe nobilitati diffinit. Latini [10] autem non minus pulchrè alio vocabulo, Nobilitatem illam dicunt, à nota ſcilicet virtutis, cuius quaſi ſimulacrum vera nobilitas gerit: Abſtrahit enim à virtute, ſi quid ſplendoris in ea eſt, ipſa noſtra nobilitas, quæ à virtute diſtincta ſimilitudinem magnæ notationis expreſſit. Illud enim notatione dignum eſt, quod decoris, grauitatis, commoditatiſque quid continet. Sic notas in marginibus facimus, cum ex lectione dicti grauitas captatur. Et nobilis quidem ita animum virtute componet, ita geſtus corporis moderabitur, vt neminem offendere licuerit, velutique in ſpeculum, omnium in ſe oculos conuertens, ſi nil tetri, nil immodeſti decernant, in notam commendationis inducat. Quid pulchrius, quid dignius, quàm vt neque dicto, neque facto à recto vir nobilis deuiet? vt cupiditate non prouocetur ad quæſtum? Concupiſcentia non exardeſcat ad venerem? Caſtrimargia non rapiatur ad cibum? Elatione non intumeſcat ad pompam? Leuitate non labatur ad turpiloquia? Negligentia non prætermittat officia? Non excutiat hinc, illinc poſteriora, dum incedit, non repercutiat planulam ad calcem, non reuoluat in indice zonam, quæ quidem leuem, ægrumuè animum proteſtantur. Rectè & Seneca, [11] vti languor eſt corporis, ita vitia morbus ſunt (inquit) animorum. Quare ad temperamentum reuocandus eſt is, qui

ſe nobilem eſſe cupit. Ad me autem Luchinus verſus, commendare magis græcam illam appellationem hoc argumento fortius nitebatur, eo quod bonam generationem exprimeret; bona autem generatio cum non ſit propriè, niſi in ſapientiſſimis viris, tùm officijs Reipublicæ, tùm copijs affluentibus, ad decorem ſtatus, animique magnitudinem, ea ipſa Nobilibus debebatur, qui illuſtria opera & agere, & complere ſcirent. Nec puto adhuc, (inquit) Ariſtotelem ad naturæ generationem, ſed ad moralem habuiſſe reſpectum: quia illa ſãguinibus corruptis, hæc moribus venuſtiſſimis omninò perficitur. Hi autem pulchri mores cum in pauciſſimis ſint, quidem pauci eſſent à populis vulgaribus ſeparati, qui Eugenicam naturam exciperent. At quoque non, ſententia Philoſophorum, hominis intellectus, quia ſua natura clarus ab opifice ſpargitur, ex inofficioſis organis, craſſaque materia rudis efficitur? Ille ergo obtuſus ingenio, ille immodeſtus, ille indecorus, nobilis eſſe cenſebitur? Abſit. Erit igitur nobilis generoſitate morali, qui pulcher, prudens, ſtrenuuſque concipitur. Quique aſſidua exercitatione in dies eugeneſtatam naturam ingreditur. Non intereſt, ad eum inquio, ſi vel eugeniam, aut nobilitatem dixeris. Nam, & Græcus, quod veneratione dignum eſt, in notam ducit, Latinus itidem, quod nobilitate commendat, in bonam generationem, vel benè genitum traſfert. Ille autem benè genitus dicitur, qui benè ſemper virtutem proſequitur. Hac nobilis conſtitutus, notabilem ſingularitate quadam ſe omnibus præſtat. Sed ne immorari in

vi

Digitized by Google

vi nominis videamur, inquit Luchinus, vtile eſſe amodò nobis, gratūque Principibus, quid hæc ſit nobilitas euidentius ſcire, vndè profluxerit, quibuſque adſit. Ego non niſi progenitorum meorum nobilitatem experior, quam ex vetuſtiſſimis Genuenſibus proauis, vſque in hoſce dies ſplendidè Lesbi Principes tenent. Vulgo ſentio antiquitate originis, rerumque magnarum in Republica ſolertia nactos eſſe patres nobilitatem, qui à populo ſeparati, altius collocantur in donis, atque faſtigijs. Voce igitur tali allectus, patre Principe, nobilique natus generoſitatem cum parentibus accepi. Tu Præſul quid ſentis, obſecro, pande? Ego, mi Luchine, ſine rubore, ex Chio, ** maſticaria vrbe, humilibus parentibus, egeniſque ortus, quem ſplēdorē, niſi ex gymnaſio fuerim conſecutus? Nullum hæc tua nobilitas contulit, fateor. Studium mihi fuit pater, genitrix virtus, quorum lacte primum educatus in hunc vſque gradum, Dei munere, vectus ſum. Sed quis eſt, qui non vetuſtiſſimis ſit parentibus natus? Quis non auos, aut proauos habuerit? Quod ſi nil ſplendoris, vtilitatiſuè Reipublicæ contulerint, niſi venerandæ antiquitatis imaginem, parum profuit. Quod ſi quoque inopes, egenteſque nihil ſupellectilis liberis linquere potuerunt, ſatis fuit genuiſſe eos, qui, ſi voluiſſent, nobiles fieri potuiſſent. Ob hoc multi ex inopia in gymnaſijs, & theatro clari habiti ſunt; & qui natos ſe humiles, & abiectos ex parentibus vidiſſent, induſtria poſteà magnos, præſtantiſſimoſque fecisſent. Sed nè in hoc loco de multis commemorem, hoc impręſentiarum

ſat ſit monimentum de B. Benedicto Triuiſano ex pauperima genitrice, ſcilicet lotrice, orto. Scimus hunc ad Prædicatorum ordinem primùm, poſt hac ad doctoratum, tandem ad Sũmi Pontificis apicem aſſumptum, ſedem Petri in vrbe Roma feliciter tenuiſſe, magna cum gloria, & ſui ordinis, & patriæ. Ad cuius ſanctitatis cõſpectum, genitricem nouo, & ſumptuoſo habitu amictã, ab amicis ob venerationem Summi Pontificis præſentatam, non ignorans, ſed ſimulans, illam filius Pontifex repulit, ferturque dixiſſe; nõ talis me mater genuit, ſed qualis in paupertate, & tugurio conceperat. Retracta ab circunſtantibus mulier magno cũ rubore, ſplendida veſte depoſita: ſuperinductaque laceratis ſua ſorte panniculis, reducta, intromiſſaq; ante filium ſupplex Pontificem perorauit. Mox Pontifex virtutem ſui præſtantiſſimi animi in eam gratioſius fudit. Magnaque cum hilaritate amplexatus eam, inquit: hæc eſt, ò viri chariſſimi, quæ me genuit mater. Hæc eſt, cuius aluo in Orbem paruus prodij, pauperque, cuius benedictione totius Orbis Pontificio fungor. Diues ergo nobilis? Ille verò haud dubio, qui ſuæ vi bi ſapientia profuit, qui eam tyrannide liberauit, qui leges Principum, ſanctioneſque ſeruauit, qui honeſtate, & fide præclaruit, quique etiam, ſi licet vltra repetere, virtutibus tanquàm opibus fultus, pauperiem voluntariè tulit. Numquid, Luchine amator veri, is altus Pontifex tantis virtutibus, tantis titulis ſublimatus ignobilis erit, qui nobilitatis radicem, vſque ad ramos fructiferos ſemper continuit, & guſtauit? Quidem Luchinus inquit, quanto altior

factus,

factus,tāto nobilior excipitur. Præſtat igitur, frater, ingentem nobilitatem ornata paupertas, quæ ſi ab indoctis vilitas vocata ſit, hi planè, quid in animo dignitatis exiſtat, ignorant. Numquid quamuis tugurio, vel crypta inſedens [14] Diogenes conſtantèr Macedoni exprobans, ſine quo nullus adiudicabitur nobilis, vigore animi caruit? An non nobilis [15] Agathocles, qui fictilibus tamquam auro, & auro tamquam fictilibus vtebatur? An non notabile illud ex ſuo ore verbum emanans. Ego ſum Agathocles Siciliæ Rex, qui figulo ſui genitore natus, naturamque [16] reuerentem habeo, quia diues repentè exilij à progenitoribus meis. An [17] quoque Fabricius, eò quod Samnitum munera ſpreuit, ignobilis fuit? cuius continentiam, cōſtantiamque Sole, quodammodo firmiorem veteres prædicant. O [18] quot præclariſſimis viris tumulandi funera ſuorum facultas defuit, qui tanto maiore laude digni ſunt, quanto paupertatem ſpontè tulerunt? [19] Vndè pulchrè, inquit Aurelius Auguſt. [a] prudentius agunt, qui plus dolent paupertatem, quam opulentiam periiſſe Romanam. Preclariſſimè quidem, [20] quia iuxtà Poetam.

Nullum crimen abeſt, facinuſque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit---

Plures igitur ad nobilitatem, quàm opes, voluntaria paupertas erexit, quam nobilitas etiam in extremis non deſerit, virtute, ſapientiaque connexa. Verùm, vt morem ſeruē, mi Luchine, ad diffinitionem nobilitatis reducendus noſter ſermo eſt. Quæ cum non ſit ſubſtantia (accidens autem eſt) nec ipſa ſit

ſapien-

ſapientia,nec fortitudo, nec continentia, nec æquitas, nec clementia, nec fides (ne ſingulas virtutes enumerem)nec,ſi libet addere,virtus vlla legalis ſit veluti Iuſtitia complectens omnes,reſtat,vt aliquid aliud ipſa ſit,perexcellens quidem, quod tantarum omnium virtutum ſpecimem repræſentet. Itaque illam rectius nobilitatem dicimus, quæ à ſapientia primùm, & virtute profluxerit, quamquam ſimulacrum omnis virtutis licentiùs dicere fas ſit. Non igitur ex opibus, niſi ſecundò, pro eius ornatu, non pro neceſſitate prodierit. Eſt igitur duplex nobilitas,vna oſtentata,propria exiſtimatione,quæ quandoque cum diuitijs,quandoque ſine eis, cum antiquitate,faſtu intercedente,iure hæreditario poſſidetur. Alia vera,claraque extra omnem vulgi opinionem, ſine ſpretu paupertatis, nulloq; interueniente dedecore, omnis virtutis ſplendorem continens. Prima ex ambitione profluens, totum Orbem ambit.Secunda ex virtutis radice, veluti ex innatis naturæ principijs obortæ animæ vires, cum vigore quodam præcipuo animi, ac ſtrenuo geſtu in paucis decentiùs profluit. Hanc, qui habet ſapientia, & virtute præditus, vel ad officia Reipublicæ miniſtranda, vel ad ſingulas priuatas res gerendas, illuſtrius compos eſt. Prima æquè in bonis,& in malis ſapiẽtibus,& inſipiẽtibus, diuitibus, & inopibus, à parentibus in filios voce hæreditaria vulgi opinione deſcendit.Altera ex vno quoque proprio agente præclara conſurgit, nec in hæreditatem ſpargitur, niſi decoros hæredes inueniat. Priuilegium enim hoc ex homine ſapiente gignitur, quo finito,

ipſa

Digitized by Google

ipſa quoque pertranſit. Sic rectè Poggius ſenſit, vt hæreditate hæc vera minimè deſcendat in liberos. Putaſnè, Luchine, terram ad bonum producendum fructum, niſi extrema vi, vel colentis culpa diſparem gignat, eſſe potentem? Fatebere verum eſſe, quod dico. Igitur ſi in parẽtibus viſa ſit clara nobilitas, eaque in liberos ſparſa, niſi compto animo ſuſcipiatur, diſſimilis haud dubio ſurget. Ex actibus enim frequentioribus habitus fiunt, nunc ſimiles, nunc diſſimiles. Qualeſque illi actus fuerant, talem habitum dimiſerunt. Benè igitur in ſobolem exculta nobilitas æqua parentibus propagatur. Nonnè ex prauis, diſſimilibuſque in corpore alimentis, praui quoque generantur humores, quibus facilè ad intemperiem reductus homo febribus æſtuabit? Negari non poterit. Quam ergo Reipublicæ, aut proſapiæ bonam ſpem euenturam ſperas ex ijs, quos nobiles oſtentatos appellas, ſi à ſapientia, & virtute longiſſimè abſunt; quique ſint luxurioſi, auari, ſuperbi, procaceſque ad omnes turpes mores? Ijs tu Reipublicæ vel alta conſilia, vel circunſpectam rerum contingentium prouidentiam committendam cenſebis? Quid confert ſingularitas nominis? quid inanis opinio? quid elatum ſupercilium? Quid torques aurea, vel annuli gemma, vel aureus calcar, vel toga ad talos vſque producta? An non paruæ vrbes ſapientum conſilio magnæ creuerunt? Plus profuit Romuli virtus Vrbi, quàm Cæſaris ambitio. Ille ex parua magnificentius condidit, auxitque, hic magnam ex diſſidio minorauit. Numa caſtis legibus ſtabiliuit, Tarquinius luxurijs

fæda-

fœdauit. Degenerauerunt quidem multi ex clariſſimis nati parentibus, qui non modò maiores ſe præferebant cęteris faſtigio honoris,ſed laude quoque nobilitatis.O vir ingens,& nobilis Romule,ſi vidiſſes,quos tua genuit Roma, prauos quoſdam filios, mecum certè fleres, & illorum iacturam, & tuæ inclytæ vrbis infamiam.Non omnes dico,quia, & alij pro conſolatione tua maximi, & clariſſimi ſurrexerunt, qui non quantam praui malitiam in dedecus Patriæ, ſuique ignominiam; ſed longè maiorem, quantam benemeriti tecum ſunt clari, perennẽ nobilitatis gloriam aſſecuntur. Si enim Scipiones, ſi Catones, ſi Marcellos, ſi Torquates, Camillos, Fabricios,Metellos,Porcios,Curiones,Cornelios,Fabios,Scæuolas, Cæſareſque Diuos vidiſſes, ingens herclè tuus ſpiritus exultaſſet; cum ij,plerique alij innumeri, & ſapientes, & caſti diuino munere veræ nobilitatis fuerint apicem conſecuti.Reliqui igitur, præter hos,abortiui,pace omnium,habiti,qui parẽtum ſplendorem neglexerint. Erit ex hoc iſtorum nobilitas verè diſſimilis,ficta, vana,ambitioſa, oſtẽtataque, quam nemo ſapiens commendabit. Quid igitur ipſa nobilitas ſit,vndèque traxerit originem, liquidò patet. Quibus iam illa inſit patientiùs demonſtrandum erit. Neque enim tanta menti illabitur ignorantia, vt neſciamus, quibus propriè inſit vera nobilitas: quamuis raritate ſua ob negligentiã multorum non inueniatur. Ea hodiè nec in foro, nec in atrijs, ſed ſolum ſecretè in honeſtis, iuſtiſque viris latitans, habitat. Mentes humilium incolere nemo ambigat ſimulacrum iſtud præcellens, quod poten-

Digitized by Google

potentes ſua ſuperſtitione contemnunt. Illi generoſitate animi Deo coram clari euadentes, non curant ab hominibus, vel frequentari, vel extolli, qua labi ad turpia indigniſſimè ferunt. Hanc igitur ſic latentem, cum bonis, probiſque degentem, cum difficilè inueniri poſſit, ſeorſum reponemus. De alia prorogandus noſter ſermo eſt, quam in diuerſas ſpartam Prouincias Poggius Orator varijs modis enumeraſſe ſibi viſus eſt. Hæc argumentum præſtat, vt quibus verè ineſſet, dignoſceremus. Ergo cum omnium ferè mores hominum abduci à vera nobilitate diſputaſſet, ſolam Florentinam, amore captus Patriæ, commendauit: eam ſcilicet, quæ ex antiqua ſtirpe deſcendiſſet, quæque functione officiorum, cum adminiſtratione Reipublicę verſaretur. Vanum eſt hoc argumentum; cum pari, aut maiore præſtantia ęquius iſte mos alijs locis, & vrbibus obſeruetur. Nam Norceni, qui cum expulſione ſapientum, literarum inſcij, ſolam Reipublicæ adminiſtrationem gerunt, æquè Florentinis nobiles iudicantur. Hi, qui ingreſſi conſilium foras exire acclamant, ſapientes herclè diffamantur. At cum ex his multi antiquitate inter eos celebres ſint, adminiſtrationemque ſuæ Reipublicæ tractent, quidem Poggij diffinitione nobiles cenſeri debent. Non ergo illi vrbi ſingulare accedit commendationis priuilegium, quod apud alias etiam gentes inuenitur. Vehementer autem admiror, quod Romanam, ex qua omne decus virtutis effluxit (neſcio quo iure) poſtergare vir tantus paſſus eſt; quæ quippè omnium gentium in ſuis Diuis, tum priſcis, tum nouiſſimis nobilitates exceſ-

ſit. Simulacra quorum, exemplarque probitatis in omnium terrarum familias emanant: vt magnoperè Reipublicæ, priuatæque cum ſplendore virtutis curam exercentes, veram nobilitatis appellationem attigerit. Qui ſi armentis, gregibus, prædijs, quæſtuique honeſtis intendere videantur, non intereſt, ſi arte illa aguntur naturæ (quamque potius agunt) quam rerum omnium opifex primo homini adaptauit. Primus omnium parens ſapientia primum clariſſimus, ligonem ſuæ donauit poſteritati, quo ſanctiſſimi Patres alimoniam, amictum, opeſque ad naturæ oportunitatem honeſtiùs vendicarent. Vndè omnes fælicis ætatis primæ populi, pecudum, prædiorumque fructibus viuebant, iuſtèque eos, aut vendebant, aut commutabant. Hæ quidem ſunt antiquæ diuitiæ, quæ ad nobilitatem vtique conferunt. Illa igitur ætate multi, tum ſacris ceremonijs, tum claris virtutibus floruerunt. Quæ ſat eis ad nobilitatem fuerunt. [11] Sic Abraham, Iſaac, Iacob, ex quo inclyta duodecim Tribuum proſapia emanauit, miro modo Deo coram, & hominibus fulſit. Ex hac probati viri, cordatique Duces, Regeſque ſapientiſſimi prodiere, doctrinis, victorijſque pollẽtes. Poſt, qui ſecuti, captiuitatique eorum demeritis addicti, relaxati indè ex Æpyptiorum, aliarumque nationum manibus, copijs ditati, iuſſu Dei in promiſſionis, poſt ſæcula multa, Terram traducti ſunt: vbi frequentibus bellis eruditi, exercitatique nobilitatis normam magno cum vigore animi quandoque tenuerunt. [12] Sic Reges, ſic Flamines, ſic Prophetæ ſapientia, & virtute religionis, prçter quoſdam, pollentes, claram

illam

Digitized by Google

illam etiam,nobilemque fecerunt ætatem. Veruntamen, vt retardata Dei pietas adiuncta ſemper iuſtitiæ ab ingrato Populo magis dignoſceretur, pedetentim eorum creſcente malitia voluit & eos quoque vexari,ac cōteri. Vndè nunc illos in Perſas,nūc in Aſſyrios, nunc in Macedones diſperſit, ſubiugauitque ſuperbos. Ex qua re omnem fidem veri cultus,æquitatē, opes, & ſplendorem Hebræus amiſit. Sublimauit igitur mirum in modum Gentilium prudentiam,& ſapientiam,& ſæculi pompam contraxerūt. Extinxit in Hebræis nobilitatem, externis inferendo.[23] Sed quia, iuxta Danielis Prophetæ verbū, poſt tria illa Regna, quartum ferreū, ac teſteum futurum erat; idcircò paulò poſt toleranda erant dominia Romanorum. Ad illa ergo cùm exurgeret Imperium,hoc vti omnem Principatum Terrarum Orbis ad ſuam traxit Monarchiam, ita quoque nobilitatem. Sapientia enim, virtute, gladio, liberalitate, & gratia, Orbem prudentiſſimè regentes ampliori nobilitate, præferendi ſunt. Cuius quidem rei gratia vafrè exteras etiam nationes ſuorum ad ciuium adminiſtrationem Vrbs illa glorioſa ſæpiſſimè conuertebat.[24] Nam ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem (vti Sanctus adducit Hieronymus)[25] de vltimis Hiſpaniæ, Galliarumque finibus viſendum quidam nobiles aliquando venerunt,non tantum admiratione Vrbis,quantum & eloquentiæ fama commoti. Romani igitur ipſi in Poggium loquantur, ſi agris, gregibuſque, quæſtu quoque honeſto nobilitatem ſeruant,immò ornant;nihilominus ſeruata ſapientia,virtutibuſque

I 2 non

Digitized by Google

non degenerant. Non poſſunt igitur naturales diuitiæ cuiquam obeſſe, niſi propter abuſum. Quæ verò arte hominum eueniunt, hæc facilè ad corruptelam prouocant, ad turpe lucrum, ad immoderatum quęſtum, ad execrabile fænus. Agrorum autem cultura, & prædiorum fructus non obſunt nobilitati, ſi pro adiumento mortalium magiſtra omnium natura conceſſit. Naturæ namque diuitiæ ad neceſſitatem parantur, Artis ad ſuperfluitatem, & faſtum, abuſus autem contra naturam eſt; dona enim eius in dedecus vertere, vti frumentum non ad ſatietatem, ſed ad comeſſationem, vinum ad ebrietatem, & crapulam, rerum copiam ad inanem iactantiam, quid aliud eſt, quam prauum, degeneremque facere animum? Nobilis autem indignè fert turpitudinem omnem, & intemperantiam. Quare ſi in ſingulis naturæ opibus temperamentum honeſtiùs ſeruetur; his quiſque tutè, iucundè, iuſtèque fructur. Natura, mi Luchine, hominem produxit in Orbem, illa terram parauit ad cultum. Ita priſci ſiuè Hebræi, ſiuè Perſæ, ſiuè Græci, ſiuè etiam Romani, gregibus, armentiſque tamquam naturæ opibus afluebant. Non ſunt igitur condemnandi Romani, ſi ex agris, quæſtuque honeſto ſuam nobilitatem illuſtrant. Quæ, obſecro, vlla gēs, quod Regnum, quod Imperium, vti Roma, tantis titulis, tantis honoribus ſublimatur? quibus tot è ſuperis ſunt datæ victoriæ? quibus totius Orbis in temporalibus, & ſpiritualibus commiſſus extitit Principatus? Quidem, nec fuit, nec erit alia Roma, quę in monarchiam Orbis terrarum exurgat, quæque ſedem Petri benemerita ſit, quæ & tantorum

Sum-

Digitized by Google

Summorum Pontificum. cumulo glorioſa ſplendeat. Dignum eſt igitur, vt ſicut illa in religione caput erigit, ſic quoque nobilitatis principatum teneat. Sed ad Florentinam melius indagandam nobilitatem pauliſper iterum eloquium conuertamus. Sic diffinit Poggius, antiquitate, & adminiſtratione Reipublicæ Nobilitatem conſtare, quam ſuper cæteros rectiùs ſua patria vendicauit. Rubor eſt, tua pace, Poggi, ſic tuos præferre hac diffinitione, vt nō firmitatis habeat argumentum, ſi ſolum in antiquitate, & Reipublicæ adminiſtratione verſetur. Fallit hoc, cū veteres, ſeneſque ſint multi, rudes quoque, qui illius vrbis regimen contractant. Quod ſi in antiquis dixeris conſtare ſapientiam, quam meritò ad alta vocari poſſint conſilia; fateor tecum, ſed non in ſingulis, cum innumeri canos potius demittant, vel ægritudinis, vel ſenectutis, non ſapientiæ nuncios. Aliundè honos certè patriæ nobilitatis captandus eſt. Seneſnè, deliros, aut ignaros, ad Reipublicæ ſplēdores dignos exiſtimas? Minimè. Non igitur, niſi ſenes animi grauitate vocari debēt. Quid ſi adoleſcentem bonæ indolis prudentem, modeſtumque, vti [77] Papyriū, præfeceris, nū non ornatè, pulchrè ſapientèr per eū illa ſeruabitur? Vtique. Aliàs indignè vox etiam illa in laudem pueri Marci [18] Catonis à ciuilitate Latinos repellētis expreſſa cēſeretur, ſ. gratulemur nos Latini, & ſocij, hūc eſſe, tā paruū, qui totius Curiæ tenero animo grauitatē percepit. Virtus igitur, quæ cuique menti illabitur, ea vna eſt & æquè iuuenis, vt ſenis ſpiritum ad nobilitatem excitat. Quod ſi tuo iudicio antiquitas hæc non vetera-

tum

tum hominem modo,ſed ex veteri, claraque proſapia prodeuntem concernit: quidem, & hoc indignè fit noſtro iudicio, ſi nobilitas propiùs ex ſe vno cōſurgat. Neque enim, vt ſupra diffinitum eſt,ex parentibus ſiuè vetuſtis,ſiuè recentibus ipſa progreditur. Quilibet ſuæ veræ nobilitatis extat initium;oſtentata autem hæreditate falſo diffunditur. Cum igitur à ſapiente vera ſola nobilitas commendetur, illa eſt,quæ patriam decorat.Non igitur ex antiquitate, Reique publicæ adminiſtratione à Florentinis nobilitas vera ſeruabitur.Qui cum plures ignobiles, quam nobiles in Senatum aſſumant, erit hoc ad dedecus potius;cum conſtet vrbem illam ægram non eſſe,ſubmiſſoſque ita populos, vt nulla diſſidentia,vel ſeditione timendum ſit. Quod fortè aliquibus vrbibus non contingit,quæ pro diſproportione inteſtini morbi ad remedium, pacemque earum, vulgares,inferioreſque admittunt. Neſcio quoque, ſi,præter hoc,ad rudium, vulgariumq; (quos Ciumpos ipſi vocant) conſolationem in Senatorium orbem viles etiam artifices aſcribant. Quid hoc quæſo eſt, quàm venuſtatem Reipublicæ deformare? Turpe enim eſt ex diſconuenientibus partibus corpus hominis integrare; turpius, vt Conſcriptorum patrum cætus aureus immeritis hominibus componatur. Quid Reipublicæ lanifex, cerdo, caupo, faber, cæteraque inferiorum artificum inſcia,& inculta congeries,ſplendoris conferet, planè intelligere non poſſum;niſi fortè deluſionem, vt paucis probis aſſidentibus,pro defectu numeri illis accreſcant, velvti mitrati...... rubore ignorantiæ contabeſcant.

Neque

Neque enim Sapientes eſſe poterunt ſine literis, ſineque magnarum experientia rerum, quæ deeſſe cerdonibus quidem nec dubites, nec contendas. Quia ſi quæ medicorum medici, & fabrilia fabri accuratius herclè contractant, ad res altiores, ad curas præcipuas, ad inexperta iudicia minimè apti erunt, niſi veluti cœci paucorum Antianorum tuorum ſtudio,& ſapientia conducantur. Non dixit Plato beatas eſſe Reſpublicas, quæ cerdonibus, aut fabris,ſed quæ à ſapientibus regi contigiſſet. In illis ergo vera nobilitas eſt, qui magna cum admiratione virtutum, geſtorum ſtrenuorum ſplendore altiſcuris intendunt. Fortè reſponderet Poggius (Luchinus inquit) niſi Senatus ille Florentinorum prudentia admirabili duceretur, non tantis excreuiſſet victorijs,non tantarum vrbium, populorumuè conquiſitione apicem teneret: maximumque argumẽtum, quod multæ quoque magnæ communitates illi ſocietatis,colligationiſque fœdere connectuntur. Hoc,Luchine,propoſitum noſtrum non frãgit.Quare ſi conſilio quorumdam ſapientum potius, & non infimorum, inſciorumque concordia quoque ciuium res illa publica creuit: non pro meritis rudiũ, ſed pro demeritis eorum,qui vitijs, flagitijſque iram ſibi opificis immortalis, vt ſubijcerentur, prouocarunt. Sic Hieroſolymæ, ſic Babylon, ſic Carthago, ſic Piſæ opprobrijs,ruiniſque confuſæ, repletæque iacent. An illa quoque Florens nunc Vrbs ſine cõtagione ſuperbit? Non puto,Deum immortalem ita fauentem illi ſe præſtitiſſe, vt æternum ſtatum pollicitus ſit:quinimmò ad imũ ruituram ſecreta prouidentia

dentia proteſtetur. Nobilitatem autem,(vt domum reuertar) non perſuaſit ratio,illam eſſe,quæ vetuſtate,& Reipublicæ adminiſtratione conſiſtit: ſed quæ ex virtute,& ſapientia ducens originem, ad tuēdam Rempublicam, miniſtrandamque cum vigoroſitate animi, ſtrenuitateque geſtorum, aptum faceret. Is ergo quamuis inops fuerit, artifexque inferior, dūmodò præſtantis virtutis exiſtat, aptuſque ſit liberius animi excutere vigorem cum ſtrenuo geſtu, modeſtoque,quidem erit nobilis. Artifex autem omnis,populuſque inferior quanto ab virtutis ſplēdore longiùs erit, quantoque animum remiſſum fecerit,tum in arduis,tum in honeſtis artibus, tanto à nobilitatis titulo veriùs diſtabit. Huic herclè omnis Reipublicæ decor ſubtrahendus eſt, vt agnoſcat ſe ducatu egere aliorum, & non alios ducere, aut regere dignus ſit. Rectè Luchinus propoſitum commendauit. Sed ſi quando ignobili quoque artifici in animo probitas viſa ſit,illi nobilitatis dona quoque meritò ſubcreſcunt. Non condemno vſquequaque,mi Luchine,ſingulos mœcanicos, vel fabriles, inferioreſque cæteros: cum ex his magni perſæpè reſurgant.Sed quoniam rari ſunt: raro illis nobilitatis datum eſt præmium.Nam Varro (Valerio teſte [10]) ad Conſulatum ex macellaria patris taberna conſcendit. Dauid item, eximius Prophetarum, ex pecore Dei populi Rex ſua ſapientia, & ſtrenuitate ſurrexit. Audiui [11] ego Tintorem quendam coriarium Piſanæ claſſi Præfectum, poſt adeptam victoriam, potitum triumpho, ad artem fuiſſe reuerſum. Et ſi nō offendam Principum aures, Socrates, [12] qui

non

non hominum conſenſu, ſed Apollinis oraculo ſapientiſſimus appellatus, patre marmorareo, & matre obſtetrice pauperrimis ortus, lux totius nobilitatis efficitur. Cleãthes [11] itidem adeo pauper, niſi noctu pro rigandis hortulis hauſiſſet aquam pretio, dies vix ſuo victui ſuffeciſſet: nihilominus ſapientia clarus emicuit. Quid ergo quærimus ſemper nobilitatem in magnis, cum claram quoque videamus in paruis? quos tamen ab artibus diſtractos, ſapientiæque deditos, aptiores illis, qui, quamuis ex magnis ſint orti progenitoribus, ad nobilitatem ſæpè numero videmus. Non facit certè curia nobilem, non aula regalis, non officiorum ſuffragia, non alta ſedes, quæ magis ſplendore hominum illuſtrantur. Probè illud prouerbiũ græcũ dictũ eſt, [14] quod latinè ſonat, homo honorat locũ, nõ locus hominẽ. Nũquid domus lucernæ porrigit lumen, vel non potius lumine illius tota ſplendeſcit? Qui veri ſunt nobiles, etiam infimo loco poſiti, veſtibus incultis amicti, ſecum ſemper deferunt ſplendorem. Ignobiles autem ab philoſophiæ cultu, & merito diſtantes, nec habent, vndè luſtrentur, nec quo illuminent cæteros. Rectè fortuna omnes hodie vulgares extollit, virtus verò erigit ſapientes. Quis adeò amens eſt, vt effigiantem Simiam, quamuis in riſum prouocet, non beſtiam iudicabit, etiam ſi regijs humeris ſupportetur? Ita ignaui, vileſque, quamuis videantur humanam geſtare formam, cum parùm rationis præſtantia decorentur, nobiles minimè cenſebuntur. Tu igitur Florentia quantumuis erige ſiue infimos, ſiue magnos, non ſe alios, quàm ſint, certè conſtituent.

Quarè non laudo viles homines in Antianos attolli, quorum ingenium vix ad martellum ſat eſt: neque illos quoque, qui ſe gloriantur claris prodijſſe parẽtibus, ſi à virtutis ſplendore, geſtuque formoſo defecerunt. Reminiſcor herclè (Luchine amantiſſime) trireme Contarena cum ex Venetijs in Cretam nauigarem; tantis in ea adoleſcentes quoſdam . . . . appellatione nobiles, diſſolutis, noctuque, dieque diſtrahi moribus, geſtiſque abhorrendis, vt nil, Deo teſte, honeſti, nil decori quadraginta illis diebus attentiùs ex eis captarim: riſu diſſolutos, verbo procaces, geſtu immodeſtos, ingluuie voraces, vt ſæpènumero auderem ex caritate corrigere, quos effrænatos componere non valebam. Cornarius autem Marcus [15] quidam è naui pelago trireme exceptus vir ſanè nobilis, & prudens pro ſua pace diſſimulabat potius, quàm reprehendebat, horrens & hic immoderationis exceſſum, mecumque ſecretiùs conferebat. Ecce ad quid nobilitas Veneta euagatur, vt ad dedecus magis, quàm ad honorem, & commodum Reipublicæ ſpõtè in pelagus, & exteras prouincias transferatur. Ecce pater, inquit, corruptæ nobilitatis exempla. Ecce illuſtrium patrum ſoboles abortiua. Patere mecum, qui Reipublicæ noſtræ compatior. Poſſunt nè poſt hac (Luchinus inquit) qui primum, vel ex claris euaſerunt parentibus, vel qui initio dyſcoli habiti ſunt, tandem mutata conditione nobiles fieri, vel in eam redire, quam perdidere nobilitatem? Poſſunt herclè, & ſi deſinunt eſſe nobiles, dum peccant, quoad malè, turpiterque vixerint, etiam ſi ſæculum vnum luſtra-

ſtra-

Digitized by Google

ſtrauerint, arbitrij libertate, reiecta malitia, in nouum hominem permutari, in priſtinamque reduci nobilitatem. Sic Valerio teſte [36] (vt prætermittam noſtros) Flaccus, cuius vita initio luxurioſa fuit, poſteà cum frugalitate, & religione in flamẽ aduectus, quantum plus luxurijs ſe fœdauerat, tantum perindè ſanctitatis, & modeſtiæ ſpecimen dedit, Quot putas, mi Luchine, ſceleſtos in ſæculo viros, per mutationem morum, vel Dei, vel naturæ lumine perluſtratos, pompas, voluptateſque nefarias deteſtaſſe? Conuerſos poſt hac, nouam vitam immaculatam, honeſtam, ſanctamque tenuiſſe? Ægyptus teſtis eſt, qui Paulum, Antonium, Hilarionem, infinitoſque propè anacoritica perfectione compleuit. Cryptæ etiam, carceres, clauſtra in orbe abundant, vbi Sanctorum vita conſtantiùs expolitur. Nemo ergo diffidat; ſemper enim pœnitentibus larga ſunt Dei miſerantis ſuffragia. Sunt in agone clari parati viri, qui virtute animi circumfulti, magno cum vigore, mentiſque conſtantia, ſtrenua opera proſequuntur. Sic illuſtres fiunt, ſic nobilitatis culmen aſcendũt. Quid tetrius, quam abduci ſcelere? Quid ignauius, quam ſuccumbere voluptati? Generoſus animus ſemper in promptu eſt, vitamque potius agere ſpiritualem, quàm corporalem gliſcit; cum vnicum nobilitatis exemplar, Hieronymo teſte, ea ſit, quamque manſurum donum in Sancti Iob proœmio diffiniuit. Orbis autem nobilitas non modo ſpiritum, ſed corpus etiam perficere ſatagit. Nec immeritò; quia ſi ingẽs, clarus in homine animus cõſiſtat, id ſibi dignè moribus honeſtis, actibuſque politicis conformat. Sic

totus homo venuſtus, decorus, pulcher, modeſtus conſurgens, ſecum animi lucem vbique portabit. Itaque nè nimium euagaſſe videar, ad nobilitatem iterum Romanorum ſermo conuertendus eſt. Quos item Poggius, quoniam recentes ex opibus familias ad nobilitatem accipiunt, planè condemnare videtur. Id ego non benè dictum arbitror, qui nobilitatem non ex antiquitate ſolum conſtare, ſed ex recenti quoque virtute cum recenti gaza euenire, mihi perſuadeo, & teneo. Dic, obſecro, an omnis generoſitas initio caruit? quæ ante fortè mille annos incepit? Si incepit, ergo, qui coram ſunt deſcendentes, in progenitoribus nobiles non fuerunt: quia ſi, vt inquis, ex antiquis ſolum nobilitatis proſapia acquiratur, primi huius ætatis patres (vt infinitatem vitem) nobiles non ſunt; opes quorum in filijs habitæ, ex parentibus vetuſtæ, filios ſolum nobiles conſtituũt; progenitores autem tunc inopes non dicentur eſſe nobiles, qui ſi vetuſtas habuiſſent copias, ipſi quoque nobiles extitiſſent. Sic Adam initio pauper, qui ligone, aratroque ſibi terræ diuitias comparauit, hac opinione nobilis non fuit. Abraham autem, qui ex eo longa generatione propagatur, cuius genus ſicut ſtellæ cœli multiplicatum eſt; aut Iob, qui ſuper omnes orientales erat ditiſſimus, fuerunt ex ignobili abauo progeniti. Equidem non rectum iudicium, vt ex antiquis opibus nobilitas ipſa conſurgat; quinimmò ex noua animi virtute primum, poſt ex opibus conſequenterque ad vſum rectum viuẽdi, quæſtu tùm opportuno, tùm honeſto conduntur. Itaque Adam, qui in initio inops fuit, plenus tamen virtu-

Digitized by Google

virtutibus principatu nobilitatis effulſit. Conferunt tamen ad nobilitatem, vt diximus, ſecundariò terrenæ diuitiæ, ad ſplendorem, ornatumque virtutis, vti accidentia ad corporis præſtantiam, & pulchritudinem. Neque enim, ſi non nimium excandeſcat corporis caro, deſinit eſſe, cuius eſt, homo; neque ſi palleſcat interdum facies, omnifariam ægram iudicamus. Ac vt rubor venuſtus in facie, candor complexus in corpore, expolita cutis, oculorum clarus intuitus, ſani corporis indicia ſunt; ſic modeſtus in ore ſermo, promiſſi veritas, temperata manus, grauitas motus, inceſſus maturus, geſtorum ſtrenuitas, opum liberalitas, prudentis, & nobilis animi ſimulacra venerationis oſtendunt. Non igitur malè agunt Romani, ſi quempiam ex recenti virtute, vel recenti gaza ad nobilitatis chorum ſtatuūt. Aſſumere enim ad nobilitatis appellationem iuſſu Magiſtratus quēpiam, vti quandoque etiam faciunt Veneti, non aliud eſt, quam ſecretam nobilitatem præſtantis viri apud omnium opinionem diffamare. Quot enim, obſecro, latente virtute inſignes deſpectui habentur, qui ſi palàm aduocarentur, ſplendoris radios magna cum admiratione demitterent? At quia incogniti, vel non iuſtè æſtimati, ſuam tenent reconditam gemmam, animo ſuo ſufficiunt. Nec ruſticana perindè, Poggi, dicenda eſt illorum nobilitas; ſed potius ornata, quā præclari viri benè cultam agnoſcunt. Non eſt quidem talis illa ruſticitas, quæ ſolum ſibi proſit, ſed vrbi, non modo vrbi, ſed orbi, quæ tantum ædificauit vitæ, & ſapientiæ meritò, vt ex aratro Attilium ad Romanum Imperium erexerit;

xerit; cuius attritæ manus ex ruſtico opere triumphalis currus, Valerio teſte, habenas retinuerint. Et Cincinnatus,[38] Auguſtino teſte, dictator poſt partam victoriam ad iuga bouum reuerſus eſt. Numquid ruſticale illud opus, mi Poggi, vrbi non profuit? Numquid clari non euaſerunt. Num illi, qui magna virtute præditi, vigore animi aſſumpto, cum oportuit, ceruicem pro ſalute patriæ ponere parati, ipſi ſuis prædijs contenti, nobilitatem ſibi, vel ſuis ademerunt? Inglorium iam illud opus multis prius viſum, quantam poſt immortalem gloriam captauerit, planè intelligis. At ſi perindè horum quiſpiam tibi exemplar nobilitatis, vel virtutis ſimulacrum, quoniam quid planè ſit ipſa nobilitas, non guſtaſti, non (vt arbitraris fortè) relinquat; vehementer admiror, vt ad te, Luchine, fidenter loquar. Enimuerò meo omniumque iudicio ſapientum nulli Romanis, quantacumque extumeſcant nobilitatis appellatione, anteponendi ſunt. Sed quoniam Imperium ex Vrbe ad Germanos transfertur, erit conſequens largam nobilitatem, poſt Italos, ad illos digniùs propagaſſe.[39] Nec intereſt, ſi Conſtantinus Magnus in Byzantiũ tranſtulerit terrenum Imperium, quod Romani continuatio Imperij fuit; quod etiam pro corruptela Gręcorũ, indè fuit iuſtius [40] ablatũ. Quarè Germani auctoritate Romanæ [41] Sedis Imperio ſublimati, Francorũ ad nobilitatem Regnum principaliùs parãt. Hi pro chriſtianę fidei [42] tutela multa certamina ſubeuntes, Diuos Francorum Reges, Carolum Primum, Ludouicumque, omnemque illuſtrem deſcendẽtium proſapiam cum gloria immortali

tali

tali nobiliſſimos produxerunt. Sed quoniam municipij potius, quàm vrbibus immorari videntur, arguit Poggius, tum voluptatibus, tum prædijs intendentes. Quidem non rectè: cum & vrbibus odia, furta, fænus, luxus non deſint. Nam ſi eum ſolum nobilem diffinimus, qui comitem ſemper virtutem habet, non intererit vtrum nè vrbi, aut ſaltui degat, cuius proſpectu nunquam in facinus declinabit. Verùm quia animi vigor cum præcipua ineſt ſingularitate nobilibus (non dico ferali abſocietate, & humanitate diſiuncta) accuratiùs municipijs complebitur, ſi eò impulſus æqua ſuorum præſidentia celebritatem nominis, & nobilitatis augeat. Vacabit inibi quieti accommodatiùs, otium honeſtum, ſolatiaque naturæ modeſtiùs complés; ſic poſt accipitrem, poſt canem, poſt equum ad vrbem cum oportuerit deſcendet. Reique publicę conſilia altiùs proſequetur, communitates hominum conciliabit, amicitias cariſſimas recenſebit. Cumque intellexerit ſe digna diffamatione perclarum, linquens populi, vulgique tumultum, in altum ſe reducet, ad honeſtam videlicet, vitamque tranquillam, non dico ad turpia, nefandaque commercia, quæ neque etiam vllus nobilis commendabit. Itali, qui nobiles ſunt, non erubeſcát ex vrbe Roma, veluti ex amne quodam limpidiſſimo nobilitatis iura traxiſſe, in cuius ſinu, & tutela eorum pax, fides, ſpes, præſidium, gloriaq; ſemper repoſita fuit. Neapolitani, Lombardi, Genuenſes, Veneti, Florentini, Senenſes; & ſi qui inter eos Reges illuſtres, Duces, Comites, Marchiones, Barones, Milites honorabiles ſunt, niſi oſtentata nobilitatis

tatis

tatis voce inficiantur, iure prioritatis à matre Romã non vereantur hoc nobilitatis munere alijs præferri. Etenim proximitas effectuum magis cauſarum ſuarum ſimilitudinem gerit, & quæ propinquiùs rogo adſunt, maiore vigore calorem excipiunt. Ita quoque Itali, ſi non offendam Chriſtianorum ſacratiſſima regna, oram veſtimenti Romanæ vrbis attingentes, præſtantiore gratia influentiam nobilitatis accipiunt. Cæteræ omnium terrarum Nationes nobilitatem ſecundum priùs, & poſteriùs conſequuntur. Italis autem, vti alijs exteris, Poggius ex diuerſis moribus diuerſam captauit nobilitatis naturam. Ego autem quoniam vnam cenſeo veram eſſe nobilitatem, eam vno modo apud omnes eſſe fateor, qui verè ſe nobiles arbitrantur. At diuerſi mores in hominibus non arguunt nobilitatem, ſed viuendi modũ, Nobilitas autem, ſi illã ex ſola prudentis animi virtute cum quodam vigore animi, geſtuque ſtrenuò, dignè procedere diffinitum eſt, vna, ea quidem erit in omnibus, quos vno modo ſemper decorat. Oſtentata autem ex multis cauſis mala cum ſit, bonam, quæ vno modo agit, æquare non poteſt. Nam cum virtute aguntur homines, iam incipiunt nobiles fieri. Cum perindè animi vigorem in res altas pro Reipublicæ, priuatæque cura opportuniùs excuſſerint, iam tunc nobilitatem proſequi videntur; cum verò tandem opibus honeſtis, geſtiſque perſtrenuis ornant, illam compleuiſſe dicuntur. Omnis igitur, qui virtute, animi vigore, opibus, actibuſque, tùm honeſtis, tùm arduis ſeipſum exornat, hic verè nobilis eſt. Ille autem, qui elatione, pompa, tur-

pi

Digitized by Google

pi quæſtu, procaci eloquio, indecoris actibus ſe cõmaculat, omnem generoſitatis ſplendorem extinxit. Quarè ſi Neapolitani in Latio, qui regio, multiſque principantium titulis præferuntur, atria, porticus, ludos, haſtam, gladium, aucupium, veſtes, vaſa, ſtatuas, equum, militiam, ſedes, hortos, prædia, gẽmas, opeſque non ad ſtatus decentiam, ſed ad inanem pompam, & iactantiam exercent, ad oſtentatam, fictamque nobilitatem haud dubio reducuntur. Sic de ſingulis totius Orbis nobilibus par iudicium eſt. Aliundè enim trahenda vera nobilitatis ſpecies eſt, quam pauci amodò in ſæculo proſequuntur. Si verò mercaturam, eo quod à magnis, egregijſque curis animum retrahat, ſuggeratque perſæpè turpe lucrum, aurique immoderatam ſitim, aſpernentur (vtpotè ſapientibus, nobilibuſque viris indignam) tum notabiliter ſine vlla redargutione facere poſſunt. Verumtamen ſi ex agris, armentiſque, aut fruges, aut fætus ſuccreſcant, non video, ſi exuberent, cur contrectari commercio mercandi non poſſint. Emendi enim, vendendique contractus ſuggerente opportunitate, æquitate ſeruata, nullæ leges damnat. Neque enim Regibus, ſi decimis affluant colonum, vt non vendere poſſint prohibitum eſt; expedit enim pro regni prouidentia, & vendere ſuperfluum, & emere, quod deficit. Felix ille eſt, qui hac occaſione abſoluitur. Magis autem, qui copijs affluunt, decet eſſe munificos, quã mercatores. Tum ſi nobiles sũt, id accuratiùs dando, quam accipiendo explebunt. Hoc enim præcipuum liberalitatis inſignè eſt, quo deuincire, conciliarique animos hominum propen-

ſiùs, ſtatuſque conditio celebrior efferri poterit, in quo diuinam magis naturam imitabitur, quæ omne datum optimum mortalibus ſemper cũ plena cha-ritate diffundit. Omnia enim, quæ fecit Deus, præci-puo amore dilexit, nutrit, ſeruat, tuèturque. Nobilis ergo hac imitatione, quod habet propagatione il-luſtrium operum, erogationeque donorum clarior diffamabitur.

Longobardi autem, quoniam Liguriam, Æmi-liamque perluſtrant in Anguiſero inclyto Medio-lanorum Duce, cæteris magis nobilitate relucere coniactant. Alij Montisferrati Marchionem perno-bilem extollunt. Quidem ſi neque mercaturis, ne-que auaritiæ intendant, id genus clarum ducunt. Clariùs, cum non à virtute, & ſapientia abſint; ſed quoniam alter animi vigorem militari gloria, & am-bitione dominandi frequentiùs excutit, ſanè ſinè ſciſſuris Italiæ celebriorem ſuam redderet nobilita-tem. Generoſus enim animus, vti magna ſemper ap-petit vigore illò præcipuò, ita quoque humilia con-temnere non debet, quæ quantò elatius ſpernit, tã-tò nobilitatis meritum minuit. Itaque decet illam animi magnitudinem temperare clementia, liberali-tate, gratia, ope, ſuffragio, poſt hac erigere ſeipſum ad alta conſilia, ad patriæ pacem, quam, qui inteſti-nis odijs, vexationibuſque moleſtat, inquietum ſibi ſtatum parat, turbinemque aduerſantium in ſe inci-tat. Quod ante oculos cernimus. Tenet hic Princeps poſt opes illuſtres, Vicecomitumque proſapiam, nobilitatis ſatis grata ſigna, cultum religionis, robur animi, Senatum ſapientem, ſingularitatem præcipuã,

rarum

Digitized by Google

rarum exitum, militiam illuſtrem, atria pulcherrima, hortos, piſcinas, ſaltus ad temperamentum animi, & ſtatus ſplendorem. Genuenſium autem Illuſtrium, Venetorumuè nobilitas, ſi par viſa ſit Poggio, mihi certè diſſimilis; nam[43] primi ex vetuſtiſſimis Æneidum, Troadumque reliquijs Ianiculum in Latio conſtruentes, Municipium quippè fortiſſimum, Lombardiæ portum primum, paulatim Genuam Vrbem perinclytam in poſteris ampliarunt, quatenus omnibus gentibus pietate, liberalitate, ſuffragio facilis ad ipſam aditus pateret, decoremque nobilitatis ſuorum ſapientia ciuium, opibuſque vetuſtiſſimis, ex proauis, pronepoteque Abrahæ Iano, vel ex Genuino, inclyto Perſarum, Babyloniæque Præſide, conditam, dignius ſortiretur.[44] Veneti, vt ex Chronicis apud Patauium hauſi ex reliquijs Hyſtriæ, cæteriſque maritimis Atthilæ perſecutione fugatis, diſperiſque, littore alto cymbis aduecti, tugurijs ſalo delati, ſeruatique ſunt, qui ex modicis arte piſcandi copias augentes, magna cum virtute animi, toto Orbe famoſam, mirabilemque Vrbem, fixam palis, ſalo circundatam, condiderunt. Genuenſes[45] primi, initio nobilibus Rempublicam committentes, nec creſcente Principum, Abbatum, Cõſulumuè ambitione, nouiſſimo tempore principari nobiles paſſi ſunt, Ducalique titulo Vrbem decorantes, populis commiſſam hactenus gubernant. Veneti[46] è contra Ducalem dignitatem, non niſi nobilibus committunt. Ego vtriuſque gentis ambitionem damno, quorum opinio in factione conſiſtit. Quid Reipublicæ indigniùs, quid damnoſiùs eſſe

poteſt, quàm, quod vna in vrbe, ſub vno Principe, non vnus, ſed diuerſus populus ſiſtat? qui non vno animo, ſed multis Rempublicam ſcindant, cum ſtatus certè periculo, vt indè facilè odia, detractiones, iurgia, diſſidia, damna, cædeſque excreſcant. Damnandus quippè mos eſt, qui patriæ ruborem, & perniciem gignit. Nam [47] cum ex Venetis quiſpiam, opinione, voceque popularis, licet ſenſu, & opibus clarus, adminiſtratione officiorum Reipublicæ indignus habetur, mox indignationem concipit, cur non æquè, vti nobiles compos, ſit patrijs fungi honoribus? Et cum fortè ingens illi inſit animi vigor, exacerbatuſque tumeſcat, fert remiſſiùs pro fortunæ imperio, optatque indirectiùs patriæ ruinam, quam ſi non à nobilibus gubernetur, ſemper ſaluam eſſe cupit. Illa [48] verò Genuenſium ſanctio, numquid occaſionem ſciſſuræ non præſtat, tum maximè, cum inſignes ex Aurea, Spinula, Fliſca, Grimalda, & ſapientia, & copijs præſtantes viri ad Ducalem apicem minimè admittantur? Sanè cordati viri pro animi magnitudine, legem furoremque populi ferentes malunt hanc conſuetudinem ferre, quam vrbem toto Orbe perinclytam demoliri. Perſæpè autẽ ſciſſuris inteſtinis prouocantur, vt quod lacertis difficilè eſt, ruſticorum, inferiorumque hominum manibus, auri interiectu vrbem cõmoueant, ſtatumque excutiant, focos mittant, ſanguinem fundãt. Sic magni iſti viri fato Martis frequentiùs in ſeditionem vltroneã conuertuntur. Crede igitur mihi, Luchine, incendium hoc veſtrum in flammam agitatione cõcitati ſpiritus ſæpè conſurgit. Venetorum autem fo-

cus

cus ſecreta diſſimulatione compreſſus,& læſis fumo odiorum oculis ſuffocatus, nondum ſurgit in flammam. Timendum eſt,nè malorum tandem concitatione ſpirituum nobilium foculus extumeſcat, in faceſque conſurgat.Neque malè agunt,mi Poggi,Veneti,ſi quempiam virum probum,ditem, cordatum ad nobilitatis numerum,ſeù meritum aſcribāt, cum, vti prædiximus, nil aliud eſt hoc, quam ſecretum, ignotumque nobilem palàm omnibus demonſtrare,& Reipublicæ dignificare muneribus. Genuenſes quamuis ferant nobiles Ducali apice non præferri, non tamen à Senatorio ordine, & adminiſtratione Reipublicæ repellunt,immò potius magna veneratione habitos magiſtratibus claſſicis, tituliſque alijs officiorum exornant, eo pacto, vt par tàm ex nobilibus,quàm popularibus & numero, & colore diſtinctis Ducalem maieſtatem Antianorum ſacer duodenarius numerus ambiat. Hi igitur in quatuor ordines diſtinguuntur, primus nobilium, ſecundus Capellaciorum, tertius populi craſſi, & pinguis,poſtremus artificum,inferiorumque cæterorum. Ex ijs omnibus pro loco, & meritis pari nobilium, populariumque numero cōſtitutus Senatus vrbem illam gubernat. Capellacij,ideò dicti,quia capellum Ducale vel ſperent, vel in primogenitoribus habuerint. Horum ſtatus ſine nominis appellatione totus nobilitate refulget.Populus craſſus ille eſt,qui extra artificis opera viuit ſumptibus, vel prædiorum, aut mercium à Capellacijs quoque gradu diſtincti, ſed ex his quoque quidam præter ſpem ad Ducale aſſumpti ſunt faſtigium. Infimi verò illi ſunt, qui licet

forte

Digitized by Google

fortè ſenſu,opibuſque obfuſcantur, tamen ad remedium ægri corporis, pro diſpenſatione loci, temporis, opportunitatis ad Senatum Antianorum aſcendunt. Etenim nè inſolẽtia vulgarium, & ignauorum hominum febris Reipublicæ magis excreſcat, vtili prouidentia fit, vti viles olerum radices pro ægrotantium iuuamento pretioſis aromatibus medici componunt, cuius oppoſitum, vt ſuperiùs deduximus, Florentini agere videntur, vt ſanè, integrèque Rei ſuæ publicæ ſine vlla opportunitate viles homines ad Magiſtratum aſſumant; paucis enim nobilibus plures artifices componuntur, nec ea, qua Genuæ neceſſitate coacti. Indignum eſt enim pretioſa, & alta conſilia in ſingulis ponere pro maiori parte vulgarium, Quæ res quantum indigna viſa ſit, omnis ſapiens intelligit. Veneti quamquam præcipuè in nobilibus, tùm prudentibus, tùm honeſtis totum Senatũ reponant, id ornatiùs, ſalubriùſque fieret, ſi ex popularibus probatis quidem coadiunctis, fieri contingeret. Genuenſes indè digniùs, cùm inferiores quoque non repellant, vt conualeſcat à morbo Reſpublica, vel vt ſaltem vlterius non procedat. Nec ideò, quia hi ad Reipublicæ officia ſtatuuntur, nobilem appellationem accipiunt, cum non pro excipienda nota virtutis, ſed refrœnanda, mitigandaque inſolentia extollantur. Inter omnes ergo nullus prioritatis munera ſuſcipit, niſi, qui vel officio, vel antiquitate præceſſerit, ſic ſæpè Capellacij in ordine ſitus Nobiles, & Nobiles Capellacios præcellũt, qui non ex faſtu, ſed gradu temporis dignitatiſuè inter ſe loca diſtinguunt. At cùm ij, præter artifices, popula-

pula-

pulares pingues, prudentia, opibuſque inſignes ſint, ſine nobilitatis titulo meritò aſſumuntur. Error hominum hanc appellationem nonniſi opinione currente vulgatis hominibus præſtat. Verus autem exiſtimator ſtatum, mores, conditionemque metitur, in libram omnia ducens, vt nonniſi bonis, honeſtis, prudentibuſque id munus nobilitatis aſſignet; qui quantò magis virtutis notam expreſſerint, tantò nobilitatis venerationem deportent. Certè ſcio multos prudentia, & moribus graues viros populares dictos, qui à lege nobilitatis non deuiant, quique ſine hac vulgari appellatione nomen illud pleniſſimè continent. Teſtem adduco Chienſis vrbis cœtum [50] Maonenſium venerandiſſimum fœcunditate nobilitatis æquè nobilibus præſtantem, vt omnem eorum vitam, religione, prudentia, magnanimitate, moribus claris, opibus magnis, compoſitam cernas. [51] Græci, qui omnis nobilitatis ex ſcholis Athenienſibus clariſſimum ſuſceperunt ornamentum, ſapientia, animo, & opibus vacui, præter quoſdam Conſtantinopoleos, qui pompam nobilitatis exercent, commixti gentilibus efferuntur. Planè, & Socratis, & Platonis, & Ariſtotelis dogmata, tùm ad mores, tùm ad militiam expoſita otio marceſcunt, Togam induunt, comam, veluti criſtam Martis, in vertice ferunt, faſtu, & opinione Romanos ſe fingunt, quorum neque leges, neque mores ſeruare dignantur. Opes, ſi quæ ſunt, in luxum, Bacchum, crapulamque conſumunt. Quidam ad officia aſſumpti, Imperatoris, nobilitatis exiſtimatione efferuntur, cumque animi vigorem oſtendere cupiant,

calici-

calicibus, decumbendo Teucrorum more, protracta nocte id fit, ſuſſuſi mero tandem ſoporem melius prouocant; craſtino de commeſſatione, & crapula gloriantur. Hi mores apud eos nobiles ſunt, quos neque ad veram, neque ad oſtentatam nobilitatem admittimus, vt pro ſumma eorum gloria alio genere nobilitatis ipſi quoque ignominioſè fungantur.

Teucri, [52] barbaræque gentes, vti geniti ſunt, ſic viuentes, quoniam verum Dei cultum confundunt, nil ſplendoris, & gloriæ nobis præſtabunt, niſi vmbram, ſub qua damnati cubantes, Solem iuſtitiæ non agnoſcunt. Signa quædam in effigiem trahunt nobilitatis, dum et ipſi quoque ſæculi prudẽtia, opibuſque tumeſcant, militiam, aucupium, canem, ſagittam ad nobilem ciuem ſpectare dicunt. Hoſpitales ſunt, fontes, puteos peregrinis in refectionem parant. Rudes admodum omnes, pauci ad gratiam Principis rerum gerendarum prudentia vecti, hi nobiles cenſentur, quantòque maior, tantò minus naturæ opes horret. Quarè prædia, greges, armenta hortos, fonteſq; magna cum delectatione ſibi quæritant. Audacia animi vigorem temperant: ſed quoniam omnem vitam in Venere, & Baccho percurrunt apud eos nulla quidem virtus, quod ſi non virtus, neque nobilitas. Sed nè nimium extrauagare videamur, redire domum, mi Luchine, compellor; & cum ad iſtam vanam hominum nobilitatem me cõuerto, inuenio quoſdam tali oſtentatione quomodolibet captos, compreſſoſque, vt nec aciem quidem ad intuendam veram nobilitatem erigere dignentur. Verùm ex circumſtantibus vnus fortiùs accla-

acclamauit felicem, qui ex vulgo diſcretus euaſit. Damnare hic omnifariam vulgum putauit, qui comitate eius inficiendam nobilitatem timuit. Ita enim ſingulares quidam, nobiles appellari, veluti apri, & onagri in paſcuis incedunt, quaſi indignos, comitate, gratia, officijs eorum, qui non appellantur nobiles, arbitrentur. O vanam ambitionem! Sine populis ſibimet iſti, nec ad victum, nec ad tutelam, nec ad honores ſufficiunt. Confidunt in auro, & argento, quæ in eſum non cedunt, nec ſine manibus externorum accreſcunt. Laboribus ſuis, qui ignobiles vocantur ditiores ſunt, ſine quibus, nec nobilis vllus aduerſante fortuna viuit. Num 11. Abdalonimus regia ex tirpe Perſarum natus, de quo meminit Q. Curtius, quia paupertate extremo in horto degebat, ſteriles herbas euellens, à vera nobilitate exciderat? Nũquid ſenſus illi, aut animi robur defuit? Nũ polita manus ligonem horruit? Num inflammatione nobilitatis molem euertens terræ indignè inopiam tulit? An verò ante Macedonem præſentatus virtutem animi magni, atque prudẽtis non protinus patefecit? qui mox non intuitus formam corporis elegantem, ſed ingenij præſtantiam, conſtantiam perindè nobilis, ac ſtrenui animi, quia ſuas manus ſuffeciſſe laboribus ſuis reſpondit; vt qui nihil habuerat, nihil ei defeciſſet, conuerſus ad proceres Macedo magna cum admiratione, & laude iuſſit corpus tabe, & ſquallore pollutum ablui, indè regijs veſtimentis ornari, poſt hac quoque regio titulo coronari. Non igitur copiæ, aut forma etiam alti corporis in homine menſurantur: vt qui illis fulget,

is ſolus eſſet nobilis: ſed virtus, & animi probitas, quibus conſiſtant. Aliàs ſic opes, ſic hominum corpora in libra ponerentur, vt quibus ineſſent plures diuitiæ, aut maior corporis moles, illis altior nobilitas præſtaretur. Sic fœneratores, ſic fures nobilitate perſæpè fungerentur. Sic [54] Cuchuuaſili (quãuis rudis, ignominioſus) Archõ [55] in Lesbo habitus, mole magna corporis elatus, alijs veræ nobilitatis titulo eſſet præſtantior. Abſurda herclè compenſatio hæc eſt. Itaque, qui vocantur vel nobiles, vel populares, meritis, ac demeritis menſurandi ſunt, quibus impares, vel pares præſtabuntur honores, & nobilitatis inſignia. Nam ſi qui nuda appellatione nobiles nuncupantur, parum admodum in virtute ponderant, parum quidem etiam eis de merito nobilitatis præſtabitur. Non enim vti vlna panni, ſed commendatione virtutis nobilitas menſurari debet; cuius virtutis grauitas, aut longitudo, non manu, aut calamo, aut auro, ſed rationis exiſtimatione penſatur: pluris enim eſt virtus, (Tullio [56] teſte) quam omnis vis auri, atque argenti. Ideò, qui maiore, clarioreque virtutis præſtantia cum animi vigore, ſtrenuoque geſtu aptus euaſit, hic verè nobilis appellatur. Recta quoque illa ſententia eſt, vt non mox cum quiſque naſcitur, vi ſanguinis nobilis ſit, ſed pedetentim inclinante natura conuenientior ad virtutem, vſu, & exercitatione perficitur. Neque enim incompletè, aut ſuperfluè dictum, quod illa eſſet vera nobilitas, quæ ex ſapientia, & virtutis radice prodiret, quæq; cum animi vigore, ſtrenuoque geſtu eſſet. Quoniam ſi talis eſt virtutis natura, vt nullam mentem horreat,

Digitized by Google

reat, [57] vt Senecæ placuit, rectè cũ omnes, licèt difficulter, illam attingant, qui in eam voluntaria diſpoſitione feruntur, vti ad eam multis medijs, actibuſque peruenerint, ſic ad nobilitatem item valore animi, cum ſtrenuo geſtu conſurgunt. Et in quo exuberantiùs illi inſunt, hi haud dubio nobiliores iudicantur. Ex [58] actibus enim frequẽtibus modeſtis, virtutis habitus inclinatione naturæ ſuſcipitur, & ſtrenuitate illuſtrium operum ſapiẽtiæ munere nobilitas poſſidetur. Cum enim ipſum naturæ opus, licèt initio exiguum ſit, neque ſine tempore, neque ſine præuijs diſpoſitionibus ad perfectam conſummationem ſurgit. Ita ad nobilitatis perfectum gradum, niſi illuſtri exercitatione, vigoroſoque animi valore nullus excipitur. Valor autem hic, quid aliud eſt, quàm animi compos facultas, qua in præcipuum quid inſigne, celebre, decorumuè, cum oportet, exurgit? Geſtus autem ſtrenuus eſt, vt nè inceſſu, ſtatu, habitu, verbo quemquam offendat. Qui in ſe igitur vnus ex ſapiẽtia matre, liberoque patre arbitrio natus, virtutis præſtantiam cum vigore animi, & ſtrenuis geſtis acquiſiuit: quique illuſtria opera & amat, & proſequitur, colluuiem ſcelerum ſpernens, ſimulacrum claræ generoſitatis expreſſit. Hoc à natura mortalibus minimè datur, quæ nudum corpus ſolum animæ parauit, eamque nudam è cœlo ſuſcepit, quæ infuſa corpori, & hominem conſtituens, excolendam, replendamque claris operibus ſeipſam ſinit. Ita euenit, vti culpa regentis cymba ad ſaxa colliditur, ſic malè rectus animus dilabatur. Quid criminaris aut corpus, aut animam, ſi tuo nutu, tuo imperio labaris ad tur-

pia?

pia? ſi ex te libertate tua virtutu n ſplendoribus decoraueris animam, ſtatuerisque cum Dijs comitatem integram, claramque ſeruare, eriges quidem te in altum ſtrenuitate operum, quæ haud dubio clariorem te, nobiliorem que præſtabunt. Ingens enim boni animi vigor tyronem facit militem: iners, decliuuſque abiectum vti ſunt in cœno demergit. Nō defuit hic vigor Padamo, cum pro liberanda Capua à Pœnis, vexillum Romanum hoſtium caſtris interiecit, quod Achio, Flaccoq; Tribunis egregijs coadiunctis, non dico capi, ſed nec contingi quidem paſſus eſt: ſicq; animi cum magno vigore legionem Samnitum attraxit, Annibalemque confuſum abire coegit. Ecce iam patet, finem faciens, quanta ſit nobilitatis intelligentia, quanta eius claritas, quanta dignitas. Quid ipſa ſit, vndèque proceſſerit vera nobilitas, quidque alia oſtentata palàm primum innotuit. Nunc quoque quibus ipſa inſit in ſingulis patet, vt intelligas planè, mi Luchine, non modo ad nobilitatem, ſed ad felicitatem quoque ipſam, virtutem magnum poſſe præſtare ſuffragium, quo liberiùs, & claram in præſentiarum vitam, poſt hac, & perennem cum Deo ſortiri quiſque poſſit æternam. Amen. Vale igitur, & tu vir ſpectabilis, & inſignis Andreole, hoc noſtro ſermone vtaris ad limam potius, quā ad doctrinam, cū non inſtruere, ſed exhortationis te participē facere hoc allocutionis noſtræ propoſitum ſit. Ex Lesbo xi. kalend. Ianuarij finit, Ieſu Chriſto rerum omniū opifici honos, & gloria.

Ab Archi-Pontifice Leſbi Leonardo editus. M.CCCC.XLVI.XXII. Decembris in Mitylena.

Digitized by Google

IN

LEONARDI CHIENSIS

TRACTATVM APOLOGETICVM

DE VERA NOBILITATE

CONTRA

POGGIVM

ABB.TIS MICHAELIS IVSTINIANI ANNOTATIONES.

ABELLINI,

Apud Hæredes Camilli Caualli. M.DC.LVII.

Superiorum licentia.

Digitized by Google

Numerus primus.

ANdreolus hic, Andreæ Iuſtiniani, Baſſani Principis, meuſque Atauus, vir fuit omnium bonarum artium ſtudioſiſſimus, in cuius bibliotheca ad duo millia librorum volumina, non ſtamneis characteribus, vti noſtra ætate, ſed manuſcripta habebantur. Teſtatur id quoque Auguſtinus Iuſtinianus, Epiſcopus Nebienſis, nepos (cui ea ille legauerat) in libro de Immortalitate animorum Æneæ Platonici, quem Ambroſius Camaldulenſis Monachus, vnus ex Latinæ Linguæ Inſtauratoribus, in Chio de Græco in noſtrum, Andreoli intuitu, vertit ſermonem. Extant etiam apud nos nonnulla eius carmina manuſcripta, Italico idiomate exarata, ſupra Chij obſidione, terra, marique, anno 1431. à Venetis facta. Pietatem coluit, de qua meminit quoq; Eugenius IV., Summus Pontifex, in Diplomate, quod incipit: *Licet*, &c. *dilectus filius nobilis vir Andreolus Iuſtinianus, ex Dominis Mahonenſibus Inſulæ Chienſis*, &c. *Anno* 1438. apud doctiſſimum amicum noſtrum F. Lucam Vuaddingum in Annalibus Minorum, tom. 5. pag. 251. in regiſtr. Pontific. Quid autem ſignificet illud verbum, Mahonenſis, habetur infra, ſub numero 50. Virorum ſui æui literatorum familiaritate vſus eſt, inter quos adnumerabantur Carolus Poggius, hoc eodem teſte, in ſuis Epiſtolis, Iacobus Bracellus, & dictus Ambroſius Camaldulenſis, vt colligitur ex memorato libro Æneæ Platonici. Apud ſuos, & exteros magnæ æſtimationis fuit,

Digitized by Google

id quoq; probãtibus pleriſq; Epiſtolis ad illũ datis à Bracello, & à Raphaele Adurnio Genuenſis Reipublicæ Duce, in prænarrato libro regiſtratis, opera humaniſſimi Io: Georgij Iuſtiniani, eiuſdem Reipublicæ Senatoris, ac Summi claſſis Præfecti, denuò typis edito, & in Bibliotheca Iuſtiniana, quam omni ſtudio molimur, vt quamprimùm luce fruatur.

Num. 2.

LVchinus frater fuit, minor natus, & nothus Dominici Gatiluſij, Lesbi Inſulæ Principis, quem dominandi cauſa, anno 1458. perfidè necauit, vt teſtatur Nepos Michaelis Ducæ in Hiſtoria Byzantina nuper in lucem edita per Iſmaelem Bullialdum, virum varia eruditione, & linguarum cognitione clarum. De quo Luchino, ac de eadem Inſula Pius Secundus, Summus Pontifex, & clariſſimus Hiſtoricus, in Deſcriptione Aſiæ Minoris, cap. 74. hæc ſcribit: *Cum Romana res in Conſtantinopolim trãſlata eſſet, ſub Græcorum Imperatoribus varia Inſulæ fortuna fuit. Poſtremò cum Kalo Ioannes Conſtantinopolitanus Imperator à Cathacuſino per arma pulſus, ope Frãciſci Gatiluſij Genuenſis Imperium recuperaſſet, hæc Inſula ob gratitudinem auxiliatori tradita eſt, atque in eius poſteris vſque in hæc tempora durat. Ab eo, qui nunc regnat, cum frater natu maior aliquandiù rem adadminiſtraſſet, in vincula coniectus eſt, publicata cauſa, quod Inſulam Turcis, Chriſtianamque fidem prodere ſtatuiſſet, vt eſt calumniatis infamia comes.* Iacobus verò Boſius in Hiſt. Sancti Io. Hieroſolymitani, par. 2. lib. 7.

lib.7. ſub anno 1457. pag. 297. dicit: *I Turchi ritornandoſene in Coſtantinopoli, hauendo in ordine vna potente, e numeroſa Armata, con otto Naui groſſe; vedendo di non poter far' effetto alcuno nell'Iſole, al dominio della Religione ſottopoſte, ſe n'andarono ſopra l'Iſola di Leſbo, modernamente detta Mettelino; e meſſero l'Aſſedio intorno alla Città. Il che inteſo hauendo Maometto, che coll'eſſercito terreſtre nell'Aſia Minore accampato ſi trouaua, tirato dalla cupidità, & ingordigia della preda con vna ſol Galera inſieme con vn ſuo figliuolo in dett'Iſola ſe ne paſsò. E conſiderato hauendo il ſito, e la fortezza della Città; parendogli Impreſa lunga, e difficile, commãdò al Generale dell'Armata, che da quell'Aſſedio partire ſi doueſſe. Però il Generale, ch'haueua qualche ſecreta intelligenza in detta Città, pregò il Gran Turco, che lo laſciaſſe ſtare anco quiui alcuni giorni, ſenza però dirgli altro. Di che eſſendoſi Maometto contentato, imbarcandoſi di nuouo co'l figliuolo nell'iſteſſa Galera, nell'Aſia Minore ſe ne ritornò. Partito, che fù Maometto, ſtringendo il Generale l'Aſſedio, ſi determinò di dar l'aſſalto alla Città, dentro della quale ſi trouaua trà gli altri, vn certo Baſtardo della nobiliſſima Famiglia de Catalucci, chiamato Luchino, parente del Signore di Leſbo. Coſtui hauendo inſieme coll'Arciueſcouo di quell'Iſola tolto à difendere vna parte della muraglia, toſto, che i Turchi all'aſſalto andarono, abbandonando le difeſe, diede luogo sì, che à commodità loro ne' Borghi entrar potero. E quindi correndo à dar la noua al Signor di Leſbo, che nel Caſtello ſe ne ſtaua, dicendo, ch'erano i Turchi ne' Borghi entrati, cominciò à perſuaderlo, che render ſi voleſſe; poiche non v'era ſperanza più di poter difenderſi.*

ſi. Di che reſtando il Signore ſmarrito, ed attonito; & eſſendoſi inſieme co' Cittadini del tradimento accorto; à patti ſi rendette. Però entrati, che furono i Turchi, tagliarono à pezzi da quattrocento Latini, che quiui trouarono, frà quali vi furono molti valoroſi Caualieri, e buoni ſoldati, ch' il Gran Maeſtro, e la Religione, per ſoccorſo di quella Città, e di quell' Iſola, con molta incommodità, e ſpeſa mandati haueuano. Indi ſaccheggiata hauendo la Città, fece il Generale di tutta la preda, che quiui fatta s'era, trè parti; vna à ſe ſteſſo; l'altra à' ſoldati; e la terza à Corſali, che nell' Armata ſi trouauano, aſſegnandone. Mandando l' Arciueſcouo, i Sacerdoti, & i Preti, come tante pecore, inſieme con tutto il Popolo, à guiſa d'vna Colonia, in Coſtantinopoli; doue anco il Signor di Mettelino con le ſorelle ſue, à' quali non fù vſata violenza alcuna, in compagnia del Generale ſe n'andò: Rimanendo il dominio dell' Iſola al Traditor Luchino; & il gouerno della Città ad vn Turco. Così reſtò il Tiranno in breue tempo Padrone di quaſi tutte l' Iſole dell' Arcipelago. Verum Nepos Michaelis Ducæ, loco citato, narrat hanc expugnationem, anno 1462. accidiſſe. Baptiſta Fulgoſius in factis, & dictis memoralibus, libro 4. cap. 6. de coniugali charitate, de prædicto Dominico Cataluſio, Lesbio Principe, ſcribit: *Singulari etiam memoria dignus eſt amor, quem Dominicus Cataluſius, qui Lesbi rerum potiebatur, erga vxorem oſtendit. Quæ cum in lepram incidiſſet, vir minimè veritus à contagione infici poſſe, aut aſpectus horrore auerti (etenim illuuies magis, quam vinum corpus videri poterat) neque tetro odore, quem vlcera mittebant, nũquam, aut menſa, aut lecto communi eam prohibuit. Coniugalis*

iugalis enim charitas apud eum contagionis timorem, tetrumque conſpectum, odoremque in ſecuritatem, ac voluptatem verterat, quod eam, iuxta Dei verbum, eandem carnem ſecum eſſe arbitrabatur. Vxor Dominici, de qua loquitur Fulgoſius, Maria Iuſtiniana vocabatur, filia Paridis, ex Chij Dynaſtis, eodemque amore maritum proſequuta eſt. Nam, cum ille in Luchini fratris inſidias incidiſſet, & ex ipſius amplexibus vi abreptus eſſet, ea miſerum virum nuſquam deſeruit, vt Auguſtinus Iuſtinianus in Annalibus Genuenſibus, libro 5. pag. 206. id quoque teſtatur, licet ſilentio inuoluere ſibi placuerit Dominicum fuiſſe à fratre occiſum. Hæc ſunt eius verba: *Et accadete per queſti tempi vn memorabil ſegno di beniuolenza frà dui Conſorti. Paris Giuſtiniano era de i primi Signori, ò ſia come ſi dice de i primi Maoneſi di Sio dotato di grandezza d'animo, & di molte richezze, & maritò Maria vna delle ſue figliole al Signore dell'Iſola di Metelino Dominico Gatiluſio Genoueſe, & la mandò al marito con vna gallera, che fece fabricare, & armare di nouo. Et la venuſta matrona in proceſſo di tempo contraſſe il morbo Lazareno, ò ſia il morbo Leproſo. Et nondimeno il marito continuò ſempre la menſa, & il letto con la diletta moglie, la quale eſſendo reciproca nell'amore, non l'abandonò, quando fù con le arme crudelmente aſſaltato da' ſuoi inimici, i quali cum ſuprema violenza gel leuorono delle brazza, e menorolon via, e ge detteno la morte. Eſſempio certo raro, e degno di commemoratione.* Eruditiſſimus amicus noſter Ioſephus Baptiſta ità de vtroque ſuauiter cecinit in libro ſuorum Epigrammatum, nondum in lucem edito.

Vir

Vir ſociam renuit ſemper liquiſſe Puellam,
Inficiat quanuis pernicioſa lues.
Et quamuis inter plagas Vir concidat ipſe,
Femina non audet deſeruiße Virum.
Vxorem dum ſponſus amat, dum ſponſa maritum,
Vlcera non horret, vulnera non pauitat.
Nobile par. Veſtrum nomen fecere beatum
Vna fides, vnus ſpiritus, vnus amor.

Numer. 3.

NIcolaus Nicolinus Florentinus, varia eruditione fuit præditus, vt colligitur ex Poggio, in libro de Nobilitate, quem idem in oratione funebri de literatis, ac literaria Republica optimè meritum etiam celebrat, vt refert nobilis, & eruditus, at infelix amicus noſter Iacobus Gaddius, in Scriptoribus non Eccleſiaſticis, in Vita eiuſdem Poggij. Abbas verò Ferdinandus Vghellus, eruditiſſimus, ac in Eccleſiaſtica hiſtoria peritiſſimus amicus noſter, in Italia Sacra, par. 3. inter Archiepiſcopos Piſanos, in Vita Angeli Nicolini Cardinalis, & eiuſdem Metropolitanæ Archipræſulis, inquit, *Hæc nobiliſsima familia in omni memoria protulit viros egregios, præcipuè autẽ, qui diuinum cultũ impenſiùs perurgerent, ſtuderentque Eccleſiaſtico decori. Indè enim traxit originem magnus ille Otho Archiepiſcopus Amalphitanus, hodieque in Florentina Sede viget, ac floret Petrus Nicolinus, qui ob ſpectatiſsimam vitæ probitatem, ac lenitatem morum promeruit eo faſtigij promoueri, nepos ſupra memorati Angeli Cardinalis. Nec minorem eidem*

fami-

familiæ ſplendorem videntur adferre duo germani fratres, Nicolinij Marchiones, Franciſcus alter pro Ferdinando Secundo, Magno Duce Legatus ordinarius ad Pōtificem Vrbanum VIII., alter Sereniſsimi Principis Io. Caroli Card. Hetruriæ aulæ præfectus, de quibus meritò illud vſurpari poteſt.

Non cenſus locuples, vel clarum nomen auorum,
Sed magna probitas, ingeniumque facit.

Num. 4.

LAurentius Medices tùm doctrina, tùm magnarum rerum vſu celebris, non vti ciuis, ſed vti Princeps amantiſſimam Florentinam parentem adminiſtrauit Rempublicam, & maximo in honore ab ipſis Regibus eſt habitus, vt fuſiùs narrat Auguſtinus Iuſtinianus in Annalibus Genuenſibus libro 5. ſub anno 1478. Mæcenas liberaliſſimus doctorum virorum extitit, cuius inſtitutum Magni Etruriæ Duces, eius poſteri, ſumma cum laude proſequuti ſunt. Inter recentiores literatos, ipſis charos, cognouimus Gabrielem Chabreram, Patritium Sauonenſem, & Io. Carolum Coppulam, Gallipolitanū, Muri Epiſcopum. De memorabilibus tanti viri qualitatibus, non ſolùm Florentini, ſed exteri quoque Hiſtorici perhonorificè loquuntur. Inter quos Leander Albertus in Deſcriptione Italiæ, in Hetruria: *Eſſendo mancato Coſmo, rimaſe Lorenzo, e Giuliano ſuoi figliuoli, mà vceiſo Giuliano per la congiuratione de' Pazzi, & de' Saluiati, pigliò il gouerno della Republica Lorenzo: il quale così modeſta, & ſauiamente la maneggiò, che ogni*

Digitized by Google

vno rimaſe pieno di marauiglia. Et non ſolamente parea, che gouernaſſe Fiorenza, ma l'Italia. Conciosia che ogn'vno concorrea ad eſſo per conſiglio, ſicome all'Oracolo d'Apolline. Mancò tanto huomo nell'anno di Dio apparato al Mondo di noſtra carne veſtito 1492., con il quale parue mancar la pace, non ſolamente di Fiorenza, ma di tutt'Italia; ac nobilis, & eruditus Alphonſus Luſchus, in Compendijs hiſtoricis, in Domo Mediceorum, Magnorum Hetruriæ Ducum, hæc ſcribit: *Lorenzo preſeruato per miracolo à più lunga vita, à maggiori honori, e riputatione; crebbe, e s'auanzò à ſegno, che più con diſpoſitione, & arbitrio di Principe, che di Cittadino primario, & auttoreuole il tutto reggeua; con tratti però, e direttione di tal famigliare, e popolar maniera, che nõ cõtradetto giamai, ma sẽpre aſſentito, e lodato, in lui ſolo pareua l'imperio, e libertà della Republica eſſere del tutto collocata, e rimeſſa. Viſſe, ripreſſe, ch'hebbe due pericoloſe congiure, in gran concetto, pace, e riputatione in modo, che vſcito dalla Toſcana più volte per intereſſi grauiſſimi della Republica, trattà con Prencipi, e Rè con tali maneggi d'impareggiabil virtù, e prudenza, ch'eſteſe il ſuo nome ſino à lontani paeſi dell'Egitto, mentre fauorito, & honorato, amato da' Barbari, ne riportò fauori, e donatiui. Mantenne Lorenzo la Patria in continua pace, la quale con ſontuoſi ſpettacoli, & apparati di gioſtre, feſte, palij, e ricreationi diuerſe, reſe feſtoſa, & allegra. Laſciò di Clarice Orſina oltre Giouanni, che fù Leone Decimo, ſopranomato Pietro, e Giuliano.*

Num.

Numer. 5.

GAtiluſiorũ familia per antiqua,& nobilis Genuenſis, fuit ſemper paucis compoſita viris, itaut,præter ordinem Senatorium, nullam maiorem in Republica, & extra eam, comparauerit ſibi dignitatem ante Franciſcum,ſub anno 1357., de quo, vltra ea,quæ ſcripſit Pius Secundus,relata ſupra,ſub numero ſecundo, & hiſtorici Genuenſes, Folieta præſertim in Elogijs Clarorum Ligurum, hæc Bartholomæus Facius in Bello Clodiano, libro primo, dicit: *Fuerat quidem Caloiano* (Imperatori nempè Conſtantinopolitano)*ſumma cum Genuenſibus amicitia,ex eo cœpta,quod cum olim Catacoſini Principis, qui de Imperio contendebat,bello vexaretur, Regnoque pulſus foret, Franciſci Gatiluſij viri fortis opera in Regnum reſtitutus eſt:cuius quidem meriti gratia illi ſororem in matrimonium, ac Lesbon Inſulam, quam Mitilenas vocant,dotis nomine tradidit; ac poſt perpetuo vitæ tenore Genuenſes omni officio proſequutus.* Verum clariſſimorum Gatiluſiorum in Lesbo imperium, anno 1357. felici omine incœptum, vna cum eiuſdem familiæ excidio,anno 1462. infeliciter finiuit, vt deducitur ex Hiſtoria Byzantina Nepotis Michaelis Ducæ.

Numer. 6.

DVcis iſtius poſteri diù Inſulam Naxienſem, ſub Archipelagi Ducis titulo, poſſederunt;

quorum poſtremus à Selim Turcarum Tyranno, circa annum 1567. iuſto Dei iudicio eodem dominio ſpoliatus fuit. Summo enim Pontifici, Pio IV. in Archiepiſcopi Naxienſis electione vim inferre auſus fuit. De qua præclariſſimus Cardinalis Io: Franciſcus Gambara, in Actis Conſiſtorialibus notabilioribus, quæ manuſcripta in Bibliotheca Barberina aſſeruantur, ſcribit: 18. *Kalendas Ianuarij* 1564. *fuit Conſiſtorium ad Diui Petri, &c. Referente Reuerendiſsimo Cardinale Alexandrino* (qui deinde fuit Summus Pontifex, Piuſque V. nuncupatus) *Eccleſiæ Metropolitanæ Naxienſi, vacanti per translationem Antonij Iuſtiniani ad Eccleſiam Liparenſem, præfectus fuit Franciſcus Piſanus, Canonicus Naxienſis, in quo omnia requiſita à Concilio concurrebant, niſi quod de defectu natalium patiebatur; ſuper quo Summus Pontifex illum diſpenſauit, ob qualitatem loci, & periculum, ne ſchiſmaticis Eccleſia illa traderetur, cum Dux illius Inſulæ, Ioannes Criſpus, hunc ſolum peteret, & ſi illi non ſatisfieret, minaretur ſe ad Græcos tranſiturum. Fuit difficultas, quia videbatur indignus illa gratia ille Dux; & ne res traheretur in exemplum, eſſe diſpenſandum ſuper defectu natalium, cum tam hic vir bonus eſſet, & nemo magis idoneus reperiretur, viſũ eſt, ob animarum illarũ ſalutem, illius Ducis contumeliam, & arrogantiam diſſimulandam; ita tamen, vt de eius ſupplicatione ne verbum quidem fieret, ac Pontifex pollicitus eſt rem in exẽplum non tranſituram*. De Ducis autem expulſione ab Inſulæ dominatu, Iacobus Boſius celebris Hiſtoricus, in Hiſtoria S. Io: Hieroſolymitani par. 3. lib. 38. anno 1567. pag. 803. narrat: *Al ritorno del Capitan*

Baſſan

Luſſan di Leuante; s'inteſe, che Giouanni Miches Marrano, il quale altre volte era ſtato Cortegiano in Roma, huomo pratichiſſimo di tutte le più principali Corti, & parti del Mondo; d'origine Giudeo, e di Nation Porteghese, Rinegato fauoritiſſimo di Selim Gran Turco; perciòche in tutti i vitioſi guſti, & appetiti ſuoi ſapeua molto ben ſeruirlo, e particolarmente in prouederlo da diuerſe parti di vini pretioſiſſimi, de' quali quel Barbaro Tiranno molto ſi dilettaua. Et hauendogli fatti guſtar quelli dell'Iſola di Nixia, che ſopra tutti quelli, che produce l'Arcipelago, ſono ſoauiſſimi, fatti haueua con quell'occaſione peſſimi vfficij contra il Duca di Nixia, Signor Chriſtiano, il quale cattolicamente viueua, ſecondo il Rito della Santa Romana Chieſa, & era il venteſimo primo Duca di Nixia dell'antichiſſima Caſa Criſpa; & haueua circa cinquanta mila ſcudi d'entrata; pagandone ſedici mila di tributo al Turco, hauendo anco la ſuperiorità dell'Iſola d'Andro, poſſeduta da vn Signor di Caſa Sommaripa; e di certe altre Iſolette circonuicine à lui ſoggette; onde da cento mila anime viueuano ſotto il ſuo dominio; dal quale Selim, à ſoggeſtione di quel perfido; e ſceleratiſſimo Marrano, ſotto preteſto, che deſſe ricetto à Corſali Chriſtiani, & agli ſchiaui, che fuggiuano; tirannicamente ſpogliar, e diſcacciar lo fece. Et inueſtì del detto Ducato di Nixia, ſotto il medeſimo tributo, il sopradetto Marrano Miches. Onde il pouero Duca Criſpo dal Dominio, e dalla Patria ſua iniquamente diſcacciato; eſſule, e ramingo ſe n'andò à Venetia, e quindi ſe ne venne à Roma; doue dalla paterna carità del Sommo Pontefice fu d'honeſto trattenimento proueduto, co'l quale viuere, e ſoſtentar ſi poteua. Exemplum memorabile Principi-

bus

bus, ne Eccleſiaſticis negotijs ſe immiſcere velint; vt eos quoque admonet Laurentius Grimalius in ſuo libro de optimo Senatore, libro ſecundo, pag. 54. dicens: *Quemadmodum igitur in ciuili Republica ius, ac iuſtitiam omnem à Magiſtratibus accipimus; ſic in hac noſtra Chriſtiana Republica religionem, fidem, pietatem, ac iuſtitiam in Deum à Magiſtratibus, hoc eſt a Sacerdotibus, Pontificibuſuè capere debemus.*

Numer. 7.

PLato enim magiſtrum habuit Socratem, Platonem Ariſtoteles, vt omnes teſtantur Scriptores.

Numer. 8.

TAntorum virorum Philoſophiæ fragmenta legenda ſunt apud Plutarchũ de Placitis Philoſophorum lib. 3. 4. & 5.

Numer. 9.

NIhil bonum, niſi honeſtũ iuxta Stoicos. Tuſc. quæſt. lib. 2.

Numer. 10.

EThimologi omnes fatentur, nobilitatem dici quaſi noſcibilitatem à noſcendo. Sic nobilis, veluti noſcibilis, appellatur. Sicuti è contra ignobilis

lis ignotus eſt. Videnda exempla, quæ congerit Tiraquellus de Nobilit.lib.1.c.2.

Numer. 11.

HAnc Senecæ ſententiam non legi apud ipſum, ſed relatam reperi ab Andrea Eborenſe in ſentent.tom.1.in verbo Vitium ex Latinis, qui citat Hiſt. Sax.

Numer. 12.

INſula ab Authore dici debebat Maſticaria, non autem Vrbs, in cuius agro nihil maſtix colligitur. Quarè Turcæ Inſulam ipſam Saches, ideſt, maſticariã, teſtibus Io: Antonio Magino in Tabulis Geographiæ, in Deſcriptione Aſiæ Minoris, pag.210., & Thoma Porcacchio de Inſulis, lib.2.pag.125., nũcupant; & Perſæ Seghez (quod Maſtichen ſignificat) appellant, vt teſtatur Abrahamus Ortelius, præter alios, in Theſauro Geographico, in verbo Chios; quæ ſola iuxta eius, aliorumuè grauiſſimorum Scriptorum, infra citan. ſententiam, maſticen profert, & nos in eiuſdem Inſulæ Hiſtoria, quam molimur, liquidiùs probabimus. Nec in tota Inſula naſcitur, ſed in vna ipſius parte, quæ vergit ad meridiem; vt teſtatur etiam, præter Geographos ſupra relatos, Gaſparus in Delicijs Tranſmarinis pag. 25., de qua maſtice ita Plinius Hiſt. Natur. lib.12.cap.17. ſcribit: *Ergo tranſit in maſticem, quæ ex alia ſpina fit in India. Itemque in Arabia Laman vocant. Sed maſtix*

quoque

quoque gemina eſt: quoniam & in Aſia, Græciaque herba reperitur è radice folia emittens: & carduum ſimile malo ſeminis plenum: lachrymaque erumpit inciſa parte ſumma, vix, vt dignoſci poſsit à maſtice vera. Nec non & tertia in Ponto eſt bituminis ſimilior. Laudatiſsima autem Chia candida: cuius pretium in libras viginti. Nigra verò duodecim. Chia è Lentiſco traditur gigni gumma modo. Adulteratur thure, & reſina. Pius verò Secũdus, ſupra num. 2. citato, dicit: *Maſtix hic naſcitur, quæ res Genuenſis Reipublicæ magnum emolumentum affert. Sunt, qui aiunt, nuſquam alibi naſci. Quod non credimus. Ait enim Strabo in Lybia regionem eſſe Cyrenis proximam, quæ ſilphium, ideſt maſticem gignit: quamuis Barbari, odio quodam ingruentes, radices eius penè omnes eruerint, &c.* At Petrus Bellonius in obſeruationibus lib. 2. cap. 8. pag. 197. ait: *Sola Inſula Chios inter reliquas maſtichen generat; tametſi Galenus lib. 2. ad Glanconem, Aegyptiacam maſtichen commendet: hoc autem tempore ſcimus in ſola Chio reperiri, vbi lentiſci arbores tali diligentia, & cura excoluntur, vt non minores in rem ſumptus fiant, quam apud nos in vinetorum cultura. Cum verò meliores incolarum huius Inſulæ opes in maſtiche conſiſtant: eam ob cauſam in lentiſci arboribus curandis maiorem adhibent diligentiam. Quemadmodum enim olea, & fructifera alia arbores curam, & culturam expectunt: ſic lentiſci, niſi neceſſaria cura adhiberetur, exiguum gummi prouentum darent, lentiſci per Galliam Narbonenſem Prouinciam, & Italiam naſcentes, ijs, quæ in Chio creſcunt, ſunt ſimiles: attamen nullam maſtichen præbent.* Maginus, loco citato: *Namque hodie hac Inſula maſtichen mittit, quæ incolis*

colis prouentum circiter viginti millium aureorum reddit. Gaſpar, loco citato; *hodie enim ſola hac Inſula maſtichem mittit*. Sed Nicolaus Nicolai in Nauigationibus Orientalibus in Deſcriptione Inſulæ Chiæ, fuſiùs, & omnium acuratiùs de maſtice, deque eius cultura, tempore, quo maiores noſtri in illa rerum potiebantur, anno nempè, 1548. tractat, his verbis: *L'altra parte da baſſo, che riguarda il mezzo dì, dagli antichi chiamata Phana Promontorium, & al preſente capo maſtico, è il luogo, doue ſono gli alberi, che producono il maſtice, i quali non poſſono naſcere (che ſi ſappia) in neſſun' altra parte del Mondo, ſe non quiui; eccetto, che (per quello, che ne hanno ſcritto li Spagnuoli) in certe parti dell'Indie. Somigliano propriamente queſti alberi al lentiſco (la qual coſa è ſtata cagione, ch' alcuni ſcriuano, ch' il maſtice è lagrima del lentiſco, ma ſono d'altezza aſſai maggiori, & hanno le frondi più larghe. Circa al coltiuare, e ricolta del maſtice ſi procede à queſta guiſa. La Signoria dà all' habitanti di ciaſcun Caſale, ò Villaggio di queſta parte inferiore, tal parte, e quantità delle piante di queſti alberi, ch' è conueniente, acciòche ciaſcun di loro l'habbia à coltiuare, mondare, e tener polito il ſuolo di ſotto; e venendo la ſtagione di coglier' il maſtice, rendono alla Signoria certo peſo, e quantità, ſecondo il numero degli alberi, che ſono loro conſegnati. E, ſe per l'abbondanza dell'anno, ne danno di vantaggio di quel che ſono obligati, la Signoria paga loro quel tanto di più à ragione d'vn certo prezzo per libra. Ma dall'altra parte, ſe la ſterilità dell' annata non permette loro di pagare la quantità da loro promeſſa, conuien, che paghino il doppio di quella, che le viene dato per l'abbondanza;*

P E

E queſto ſi fà per renderli più diligenti, e curioſi à lauorare bene, e coltiuare, e mondare l'alberi. Il modo di corre il maſtice è queſto. Eſſendo di Luglio, ò d'Agoſto queſti contadini con vno ferramento molto accuto pungono la ſcorza dell'alberi in molte parti, e da quelle punture eſce il maſtice, come la prima, e fà la gomma, il quale eſſi raccogliono nel meſe di Settembre ſeguente, conſegnandole poi alla Signoria nel modo ſopradetto. Ciò fatto li Signori lo diſpẽſano per mezzo dell'amminiſtratione di quattro di loro. De' quali l'vno hà il carico di fornire tutta la Grecia; L'altro tutto il Ponente, ch'è l'Italia, la Francia, la Spagna, e l'Alemagna; il terzo diſtribuiſce la ſua parte per tutta l'Aſia Minore, ch'è la vera Turchia; & il quarto la Soria, l'Egitto, e Barberia. Hanno poi queſti quattro Signori ſotto di loro altri commeſſi, i quali minutamente diſtribuiſcono il maſtice per tutte le Terre principali del carico loro. Monta la ſomma de' quattro circa cento quindici caſſe, ciaſcuna delle quali peſa due cantara, che fanno ciaſcuno ottanta hocca, peſo di Coſtantinopoli, l'hocca fà quattro libre, ondici oncie per libra. Il cantaro vale cinquanta ſcudi; ſiche ſarebbe cento ſcudi per ogni caſſa. Hanc maſticem pro beneficijs ſalutaribus ab ipſa acceptis Ioſephus Baptiſta in libro ſuorum Epigrammatum nondum in lucem edito, elegantiſſimè commendauit.

Germinet æternùm Chijs Lentiſcus in aruis,
Grandeſcat patulis luxuriata comis.
Fulgura nec tangant illam diſploſa Tonantis,
Quæ curat guttis rheumata noſtra ſuis.
Vulnere non vno ramos lacerate coloni,
Vt fluat in lacrymas gummis amica nouas.

Ha

Hæ poſſunt lacrymæ riſus educere noſtros,
Et venit ex tanto vulnere noſtra ſalus.

Hodie periti Medici huiuſmodi fruticis lignum in curandis fluxionibus, & rheumate magno cum infirmorum commodo adhibent, non ſine tamen difficultate, & periculo; cum Turcæ vltimo ſupplicio puniant illud incidentes. In Iapygia verò, vbi arbuſcula hæc emittit ex codice non nullas guttas, quæ minimè deſantur, pro ligno guaiaco vſui eſt, prout nobis retulit idem Baptiſta. In Sancti Iſidori Alexandrini Vita, cuius martyrium in Chio eſt conſummatum, Petrus de Natalibus, in Vitis Sãctorum, lib. 5. cap. 2., hæc de maſtice: *Et cum Chriſtum conſtanter confiteretur inde eductus pedibus equo alligatur: & per aſpera, & crepidines montanas diſtrahitur, moxque virtute diuina in ipſo loco, per quem tractus eſt, aculei, & ſpinæ in arbores gummi maſtichès defluentes conuerſæ ſunt; & in teſtimonium eius martyrij, manant vſque in præſens: nec valent in loco altero transplantari, quin continuò deſiccãtur, aut gummi nunquam emittunt*; & doctiſſimus amicus noſter Leo Allatius ſubiungit, in libro de quorundam Græcorum opinationibus num. 28. *Chij quoque traditio non leuiter ciuium animis inſedit, reſinam illam, quam ipſi maſticem vocant, ante D. Iſidori Martyris certamen fluidam, liquidamque fuiſſe, poſtea ſanguine tanti Martyris, qui per ea loca pertractus, diſcerptuſque fuit, in corpus ſolidum induruiſſe. Eam ſcripto etiam traditam legi apud Nicolaum Pepagomenum, in oratione de D. Iſidori laudibus, &c.* Sed reuera vtriuſque narrationes parum conſonæ ſunt veritati. Plinius enim, qui de huiuſmo-

di maſtice tractat, circa annum ſeptuageſimum à Chriſto nato, in humanis agebat, vt patet ex ipſa hiſtoria naturali, quam Veſpeſiano dicat, ad Imperium euecto, anno 72. ex epitome Torſellini; martyrium verò Sancti Iſidori patratum eſt tempore Decij Imperatoris, vt habetur apud eundem Petrum de Natalibus, viuentis anno 253. ex eodem Torſellino; & ſic maſtix erat, non ſolùm ante martyrium, ſed ante natiuitatem eiuſdem Sancti, & inter Authores tàm antiquos, quàm recentiores, nullus hanc fabuloſam Chiorum diſtinctionem in denſam, & liquidam ſomniauit. Cum hæc gummis, quando liquida eſt, formaliter non ſit, nec dici poſſit maſtix, ſed liquor.

Numer. 13.

Videndi ſunt Ciacconius de Vitis Summorum Pontificum, & S.R.E. Cardinalium, in eiuſdem Gregorij Vita cum additionibus plerorumq; eruditiſſimorum virorum, Alduini præſertim amici noſtri, quas omni, qua decet diligentia, & fide molitur, & Michael Plodius, aliique Ordinis Prædicatorum Scriptores.

Numer. 14.

Diogenes Philoſophus humanarum diuitiarum contemptor. Habitabat in portarum veſtibulis, & Ciuitatū porticibus. Doliū illi domus erat. Ad eum cum acceſſiſſet Alexander, rogaſſetque, an

re

re aliqua indigeret. Nulla, inquit ille, niſi, vt Solem, quo apricor, non occupes. Quod videns Macedo, Diogenes, ait, eſſe vellem, niſi Alexander eſſem. Plutarc. in Apophthegm.

Numer. 15.

AGatocles Siciliæ Rex, quamquam Ephebus malè audiuit, laudabilis tamen eſt, quoniam regias dapes modeſtia condiebat. Auſonius Poeta Gallus cecinit eo Epigrammate, cui titulus: Exhortatio ad modeſtiam, cum infit.

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agatoclea Regem,
Atque abacum Samio ſæpè oneraſſe luto.
Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis,
Et miſceret opes, pauperiemque ſimul,
Quærenti cauſam reſpondit: Rex ego, qui ſum
Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reuerenter habe quicunque repente
Diues ab exili progrediere loco.

Numer. 16.

AVthor errauit, cum in ore Agatoclis hæc verba poſuit: naturam reuerentem habeo, dicere etenim debuerat fortunam reuerentem habeo, vti colligitur ex Auſonij Epigrammate in præcedenti numero narrato.

Digitized by Google

Numer. 17.

FAbricius ciuis Romanus in tenuiſſimo cenſu Samnitum munera forti animo ſpreuit. Huius filiæ ob paupertatem de publico dotibus donatæ, ad maritos iuerunt, portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam. Hunc Pyrrhus Epirota nullo pacto, nulliſque pollicitationibus expugnare potuit, vt ſecum eſſe vellet, ac proximum à ſe locum obtineret. Itaque dixit Pirrho, Non hoc tibi condicibile; nam ſi Epirotæ ambo nos norint, à me regi, quàm abſte mallent. Fidelis inſuper extitit etiam inimico. Nam Regis Medicum ſibi pollicentem necem domini ſui, ligatum remiſit ad Regem, ſcribens etiam quid illi facere voluiſſet. Videatur Cicero lib. 3. officior.

Numer. 18.

INter hos celebris eſt Valerianus Publicola, ſic dictus, quoniam legem de prouocatione à Magiſtratibus ad populum tulit. Cum diem obijſſet, publicè ſepultus, & annuo matronarum luctu honoratus eſt, Valer. Max. lib. 4. cap. 4. de paupertate. Prout etiam inter recentes id accidit Pagano Auriæ, Patritio Genuenſi, de quo ita loquitur Vbertus Folieta, in Elogijs clarorum Ligurum, quæ ex Latino in noſtrum ſermonem vertit Laurentius Comes; *Due eccellenti Capitani*, inquit, *& ambidue per giuſtitia, & moderanza d'animo lodatiſsimi, e per gloria militare prin-*

principalmente illuſtri, in vn medeſimo tempo fiorirono; queſti furono Pagano Doria,& Simone Vignoſo. Di coſtoro appartatamente le diuine virtù, & le coſe da eſſe horreuolmente adoperate, da Pagano incominciando, diremo. Il cui nome rende non men chiaro vna certa grandezza d'animo, incontro tutti i diſordinati naturali affetti ſempre inuitta, & ſempre coſtante; & lo ſprezzamento delle ricchezze in guiſa, che morto ne fù portato alla ſepoltura à ſpeſe del publico, che ſi faccia, l'hauer'egli per due rare, & ſingolari vittorie due volte trionfato. L'vna conſeguì egli nell'Eleſponto vicino à Coſtantinopoli, rompendo affatto vn' armata di ottantacinque Galee de' Venetiani, Catalani, & Greci confederate inſieme; delle quali Galee, dopo hauer tagliati à pezzi quattro mila de' nimici furonne preſe quarant'otto, & altre, parte affondate, & parte meſſe in fuga: de' Genoueſi pochiſſimi legni ſi perdettero, & ſettecento huomini ſolamente vi morirono. La riputatione di cotal vittoria vien' accreſciuta aſſai dal numero delle Galee Genoueſi inferiore à quelle della lega, non eſſendo elleno, che ſeſſanta. Hora così lungo, & così terribile fù l'aſſalto, il quale con animi riſoluti, & valoroſi principiato, moltiplicò in modo lo ſdegno con l'iſteſſo menar di mano (reſtando gli vni, & l'altri d'antico odio, & da vna continoua gara di gloria ſpronati) che ne anco potè la ſoprauegnente notte di partirli; Conciosiache la battaglia cominciata dopò'l mezzo dì, hor'à queſti, & hor'à quelli variamente inclinando fortuna, ſi prolungaſſe inſino all'alba del ſeguente giorno. L'altra egli l'ottenne appreſſo l'Iſola, che hoggidì ſi chiama della Sapienza, non molto diſcoſta dal golfo di Meſſina. La qual vittoria, benche combatteſſe col medeſimo

nimi-

Digitized by Google

nimico, tuttauia perche ſeguì con minore, ma però con vgual numero di trentacinque Galee per ciaſcuna banda, fù ella perciò meno atroce, & meno ſanguinoſa. E' vero, che i Collegati haueuano cinque groſsiſsime Naui d'auantaggio. Tutta l'armata de' nimici reſtò preſa intieramente, inſieme con Nicolò Piſano, che n'era il Generale, & con cinque milia huomini, i quali furono condotti à Genoua prigionieri. Fù ordinato dal Senato, che ſi donaſſe al Tempio di San Matteo vn tapeto d'oro, & che d'anno, in anno ſi rinouellaſſe la memoria di queſte feliciſsime vittorie.

Numer. 19.

DE Ciuitate Dei lib.

Numer. 20.

DE Iuuenale fortè loquitur.

Numer. 21.

LEgenda eſt Sacra Scriptura pluribus in locis, vbi de illis multa verba facit Abulenſis, & alij eiuſdem Sacræ Paginæ Interpretes.

Numer. 22.

VIdenda ſunt varia exempla in Veteri Teſtamento, apud Ioſephum Hebræum, alioſque Hi-

Digitized by Google

Hiſtoricos de Hebræis tractantes, nec non apud Sacræ Paginæ Interpretes.

Numer. 23.

DAn. 2.

Numer. 24., & 25.

SEntentia Diui Hieronymi de Liuio Patauino ea eſt. *Ad Titum Liuium, lacteo eloquentia fonte manantem, ab vltimis Hiſpania, Galliarumq; finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus. Et quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit.* In Prolog. Galat.

Numer. 26.

VEriſſimum eſt, agriculturam minimè Nobilitati derogare: *Omnium,* Cicero inquit, lib. 1. offic. *rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.* Idem in oratione pro Roſſio Amerino dicit; *Summos viros Romanos, clariſſimoſque in agris colendis plurimum opera, temporiſq; conſumpſiſſe, vt ex aratro plerumque accerſerentur, qui Conſules fierent.* Cyrus Perſarum Rex proprijs manibus agrum conſeuit. Deiotarius Rex ob agriculturam laudatur à Tullio. Antoninus Pius Imperator diligens fuit agricultor. Vide Tiraquellum de Nobilitate c. 32.

Digitized by Google

Numer. 27.

P*Apyrius Prætextatus, nobilis adoleſcens ex eo cognomen aſſequutus, quod in prætexta, & adoleſcentia magnopere viſus eſt ſapere. Cum enim à matre duceretur in Curiam, in eaque fortè arcana quædam tractarētur, domus reuerſus, interrogatuſque à matre, quidnam in Senatu actum eſſet, vt duæ, inquit, vni nubere poſsint. At illa mane conuocatis matronis, ad Curiam properat, rogatque, vt eadem lege viros duos habendi licentia ſit etiam fœminis. Re cognita, ingenium, & conſtantia pueri laudata eſt.* Macrob. relatus à Carolo Stephano in Dictionar. Hiſtor. Geograph. verb. Papyrius.

Numer. 28.

DE Marco Catone Vticenſe videtur loqui, qui Marci Portij pronepos fuit, quem vitæ, ſtoicæque diſciplinæ ſeueritate referebat. Carolus Stephanus in Dictionar. Hiſt. Geograph. verb. Marcus Cato.

Numer. 29.

R*Eſpublica felix erit, ſi Philoſophi regnabunt, aut Reges philoſophentur, & in idem ciuilis potentia, & philoſophia incidant.* Plato de Republ. Dialog. 5.

Nu-

Digitized by Google

Numer. 30.

HÆc de Varrone ſcribit Valerius Max. lib. 3. cap. 4. *Miro*, inquit, *quoque gradu Varro ad Cõſulatum ex Macellaria patris taberna conſcendit, & quidem fortuna parum duxit, ſordidiſſima mercis capturis inquinari ſolito 12. faſces largiri, niſi etiã L. Aemilium Paulum dediſſet collegam. Atque ita ſe in eius ſinum infudit; vt cum apud Cannas culpa ſua vires P. R. exhauſiſſet: Paulum quoque, qui prælium committere noluerat occidere pateretur: illum in Vrbem incolumem reduceret. Quin etiam Senatum gratias ei agentem, quod redire voluiſſet ante portas eduxit, excuditque, vt grauiſſimæ cladis auctori Dictatura deferretur.*

Numer. 31.

INter alios Piſanos hiſtoricos videndi ſunt Raphael Roncionius, cuius hiſtoria adhuc manuſcripta apud hæredes ſeruatur, & Paulus Troncius in Annalibus, quos magna diligentia molitur.

Numer. 32.

SOcratis Pater dictus fuit Sophronius, mater Phanareta. Multa faciunt ad Socratis laudem, ſed non pauciora vitam eius infamant. Videnda ſunt, quæ refert ex Theodorito Cyrenſe Rauiſius in ſuis Epithetis.

Digitized by Google

Numer. 33.

CLeanthes Athenas ſe contulit philoſophandi cauſa, & Zenoni adhæſit. Ea fuit in tolerandis laboribus animi alacritate, vt alter Hercules diceretur. Adeò pauper, vt teſtis fictilibus, & oſſibus boum præſcriberet, quæ à Zenone audiebat, cum pecunia non ſuppeteret ad chartas emendas. Celebris eſt eius lucerna. Laert. Diogen.

Numer. 34.

HOc adagium non reperi apud Manutium.

Numer. 35.

MArcus hic Cornelius fuit, vt opinor, ille ſummus Senator Venetus, & Pater Catharinæ Cypri Reginæ, cuius beneficio hoc ipſum Regnum in Rempublicam Venetam peruenit; de cuius acquiſitione, & iactura fusè ſcribit Petrus Iuſtinianus in Hiſt. Venet. lib. 10. & 16.

Numer. 36.

CAius quoque Valerius Flaccus Secundi Punici belli temporibus luxu perditam adoleſcentiam inchoauit. Ceterum à P. Licinio Pon. Max. Flamen factus, quo facilius à vitijs recederet, ad curam ſacrorum, & ceremoniarum conuerſo animo, vſus duce frugalitatis

religio-

religione, quantum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantum poſtea modeſtiæ, & sãctitatis ſpecimen euaſit. Valer. Max. lib. 6. cap. 9. de mutatione morum, & fortunæ.

Numer. 37.

A*Ttilium autem*, inquit Valer. Max. lib. 4. cap. 4. de paupertate, *qui ad eum accerſendum à Senatu miſsi erant ad Imperium P. R. ſuſcipiendum: ſemen aſpergentem viderunt: ſed illæ ruſtico opere attritæ manus ſalutem publicam ſtabilierunt. Ingentes hoſtium copias peſſundederunt. Quæque modo arantium boum iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit ijs rubor, eburneo ſcipione depoſito, agreſtem ſtiuam aratri repetere. Poteſt pauperes conſolari Attilius, ſed multò magis docere locupletes: quàm non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini anxia diuitiarum comparatio.* Priſtilaus Boemiæ Rex ab aratro ad ſceptrum vocatus fuit, vt habetur in Theſaur. Politicor. Aphoriſ. lib. 1. cap. 1. Vbi multos alios ipſe Author congerit.

Numer. 38.

CIcinnatum, de quo hic Leonardus, reor eſſe Lucium Quintium, cuius etiam meminit Valer. Max. lib. 2. cap. 2. de diſciplina militari.

Num. 39.

DE huiuſmodi Conſtantini celeberrimi Imperatoris donatione agunt, præter Authores,

quos

quos retulimus in Beatæ Virginis Conſtantinopolitanæ Origine, libro primo, Auguſtinus Steuchus in lib. de donatione Conſtantini contra Vallam, Card. Bellarm. in controuerſ. Catholic. tom. 1. contr. 3. de Romano Pont. lib. 2. c. 17. verſ. hæc omnia, & lib. 5. c. 19. verſ. quarto. Card. Baron. annalium Eccleſ. to. 4. anno Chriſti 324. Conſtantini 19. & alij apud Barboſam de Iure Eccleſ. lib. 3. cap. 28. num. 5. & 6. in quo leguntur hæc verba: *& colligitur ex ſcriptis Beati Gelaſij Papæ de geſtis S. Syluestri, prout habetur in 1. volum. Concil. Neocæſarienſe, vbi inter cætera dicitur. Vt Pontificalis apex non vileſcat, ſed magis quàm terreni imperij dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tàm Palatium noſtrum Lateranenſe, quàm Romanam Vrbem, & omnes Italiæ, ſiuè occidentalium regionum prouincias, loca, Ciuitates Romano Pontifici, & Vniuerſali Papæ Syluestro concedimus, atque relinquimus, & ab eo, atque à Succeſſoribus eius per pragmaticum conſtitutum decernimus diſponenda, atque iuri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanenda*: & apud doctum, & eruditum amicum noſtrum Thomam Delbene in Tract. de Immunit. & Iuriſdict. Eccleſ. par. 1. dub. 12. ſect. 2. nu. 2. & ſeqq., qui teſtatur extare acta exarata vetuſtiſſimis literis in celebri Bibliotheca Vaticana, & Abbatiæ Nonantulæ in Agro Mutinenſi, vbi Scriptor dicit, ſe ea tranſtuliſſe ex Græco Codice Euſebij Cęſareæ Paleſtinæ Epiſcopi, qui ea Eccleſiaſtica hiſtoria omiſit, eo quod retuliſſet in alijs operibus, vt habetur in notis ad *cap. Conſtantinus*, 2. d. q. 96. & donationem hanc authenticam ſe vidiſſe in Arce Sancti Angeli Romę teſtatur Pierius Valerianus, lib. 34.

Hie-

Hieroglyph. De earumdem ſcripturarum in prænarratis locis exiſtentia certiorem me quoq; fecit Cardinalis Horatius Iuſtinianus, S.R.E. Maior Pœnitentiarius, & Bibliothecarius.

Numer. 40. 41 & 42.

POſt Conſtantini donationem Leo Tertius Sũmus Pontifex ex circũſtantijs ſuo tempore occurrentibus, & relatis à gloſſa, verbo, *Tranſtulit, in cap. Venerabilem, de electione*, & à Doctoribus infrà citandis, poſtulante fine ſupernaturali, ac Eccleſiæ defenſione, rectoque ipſius regimine in Spiritualibus tranſtulit in perſonam Caroli Magni Imperium à Græcis in Germanos, & diſpoſuit de Imperatoris electione, confirmatione, & iuramento fidelitatis, inſimul præſcribendo formam, & conditiones; quas iuſtè in his omnibus adhibuit, eaque omnia ſibi reſeruando, præter eligendi poteſtatem, quam quidem Pontifex Maximus Gregorius V., poſt prædictam Imperij translationem, primus cõceſſit illis ſeptem Germaniæ Magnatibus, nempè tribus Eccleſiaſticis, & quatuor ſæcularibus, quos nuncupatim refert gloſſa, verbo, *autem in cap. ad Apoſtolicam*, de re iudicata, lib. 6. Bellarminus tom. 5. controuerſ. 4. generali de Eccleſia militante lib. 5. cap. 8. verſic. 7. cum ſeqq., & in tract. de translat. Imperij lib. 1. c. 4. cum ſeqq. & alij relati à Thoma Delbene loco citato in præcedenti numero, & à Barboſa de poteſt. Epiſc. tit. 3. cap. 2. n. 84. & 85. Baptiſta Platina de Vitis Summ. Pontific. in Vita Leonis Tertij, & Gregorij V.

Digitized by Google

rij V. ac Robertus Gaguinus in Annalib. Rerum Gallicar. lib.4.

Numer. 43.

DE Genuenſium origine conſulentur Iacobus Bracellius, Auguſtinus Iuſtinianus, Paulus Interianus, Iacobus Bonfadius, Vbertus Folieta, Petrus Bizarrus, Petrus Baptiſta Burghus, Federicus de Federicis, Auguſtinus Calcagninus, Athanaſius Ferrarius, ac Io: Bernardus Veneroſus, nunc Reipublicæ meritiſſimus Senator, alijque Hiſtorici Genuenſes.

Numer. 44.

DE Venetorum origine videantur Bernardus Iuſtinianus, Marcus Antonius Sabellicus, Paulus Contarenus, Petrus Cardinalis Bembus, Petrus Iuſtinianus, plerique alij Hiſtorici Veneti, & Gaſpar Contarenus præſertim in Speculo optimi Magiſtratus bene conſtitutæ, ac florentiſſimæ Reipublicæ Venetorum, ac Guarinus Piſo Soacius de Romanorum, & Venetorum Magiſtratuum comparatione, atq; Horatius Turſellinus in Epitom. Hiſt. Mūdi lib. 5. & Antoninus Colluraſſus de Nobile Veneto cap. 27.

Numer. 45.

DE varijs adminiſtrandæ Reipublicæ formis, præter Hiſtoricos relatos ſuprà, numero 43. vi-

videndi ſunt Vbertus Folieta, in peculiari libro, de Republica Genuenſi inſcripto, Iacobus Auguſtus Thuanus Hiſt.ſui temporis lib.61., & Author de Italiæ Principatibus, qui de nouiſſima præſertim regendæ Reipublicæ methodo fusè ſcribunt.

Numer.46. & 47.

QVæ ſcribit de Ducali Dignitate Author, non ſunt perpetuò vera;nam *Dux ſolebat*, vt inquit Author de Principatibus Italiæ, *olim è veteribus familijs nobilibus creari;nunc perinde eſt, ſiue è primis, ſiue è ſecundis,ſeu denique è noniſsimis legatur*. Conſtatque à Venetis quam plures, non ſolùm ciues, ſed exteros,varijs temporibus,in patritium ordinem aſcitos fuiſſe; præſertim, circa annum milleſimum tercenteſimum octuageſimum, occaſione belli inſignis Clodiani, quod inter Venetos, & Genuenſes vario euentu eſt habitum; de qua adſcriptione hæc ſcribit Petrus Iuſtinianus,Hiſt.Venet. lib.6. in principio: *At Veneti tanto defuncti bello,ne fidei deeſſent, Conſiliarijs Paulo Mauroceno, Andrea Donato, Franciſco Boccolo,Lucha Gradonico, Ioanne Barbo, vnaque rerum capitalium triumviris Ioanne Gradonico, Andrea Mauroceno,Blancho Hemo legem ferentibus, ad triginta ciues, qui medio ardore belli Rempublicam priuatis opibus piè iuuarant, ad patricium ordinem traduxere*. Quod factum accidit ante tempora,in quibus vixerunt Poggius,& Leonardus,poſtremus præſertim iſte. De huiuſmodi aggregatis ad Nobilitatem creati fuere nõnulli eiuſdem Reipublicæ Duces, vt

R eſt

Digitized by Google

eſt videre apud ſuos hiſtoricos, & maximè apud Petrum Marcellum, Syluestrum Girelium, ac Henricum Kelnerum de vita, moribus, & rebus geſtis omnium Ducum Venetorum. Et denique noſtro æuo, occaſione belli Cretenſis, quod, non ſine ingenti Reipublicæ gloria, adhuc durat inter Venetos, & Turcas, præter alias familias, patricias declaratas, adnumeratur Otthobona, per antiqua, & varijs aliàs dignitatibus à Republica decorata, ex qua viuit hodie Petrus Cardinalis, olim Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, vir doctus, humaniſſimus, & magnarum rerum vſu celebris.

Numer. 48. & 49.

DE Genuenſium perpetuis ferè diſſidijs, deque var js formis, quas in regenda Republica ipſi diuerſis temporibus adhibuere, copioſiſſimè ſcribunt Hiſtorici Genuenſes, ſupra relati, ſub numeris 43. & 45. quorum inteſtinæ diſſenſiones, ob inexplicabilem nonnullorum dominandi ambitionem, ſummam Patriæ gloriam, latiuſque imperium (proh dolor) impediuere, ad cuius faſtigium ipſa aliàs perueniſſet, eorumdem non mediocri ſtrenuitate, & laude. Vndè poſtremi huius ſæculi ciues ſunt plurimùm commendandi, qui vetuſtiorum maiorum veſtigia ſequuti, Patriæ dignitatem, & gloriam, cum euidenti opũ etiam iactura, coniunctiſſimis animis, viriliterque tuentur, & augent: ea ratione, quoniam, pro *Patria*, vt inquit Cicero, de legibus, *qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere, &*

quaſi

Digitized by Google

quaſi conſecrare debemus. Et idem de finibus: *Decet chariorē eſſe Patriam nobis, quàm noſmetipſos*. Ac ſubiungit, de officijs: *Pro Patria nemo bonus dubitat mortem oppetere, ſi ſit ei profuturus*. Nec non optimo conſilio poſteris perſuadet: *Omnibus, qui patriam conſeruarint, adiuuarint, auxerint, certum eſſe in Cælo, ac definitam locum, vbi beati æuo ſempiterno fruantur*. De Somn. Scipion.

Numer. 50.

NOuam, & antiquis Legislatoribus penitùs ignotam formam in regenda Inſula Chia, trecentis ab hinc annis, maiores noſtri, ſub Mahonenſium nomine, introduxerunt. De varijs Monadis ſignificationibus eruditiſſimè tractat Cœlius Rhodiginus lectionum antiquarum libro vigeſimoſecundò, cap. 9. pag. 620.; ſed, quæ ad rem noſtram attinet, ea eſt: *dicitur, in quam, monas, quoniam tendentibus in corruptionem omnibus, ſolus ipſe perſeuerat, & quoniam in ſuis habet firmitatem conſilijs*. Etenim cum plerique Genuenſes, nobilitate, & diuitijs florentes, ea parte, quæ in adminiſtranda Republica ad eos pertinebat, minimè contenti, ad proprias meliorandas conditiones, arma, ſub anno 1346. ardentiſſimè ſumpſerint, nonnulli ex cæteris ciues, ad Patriæ libertatem, & dignitatem tuendam, viginti nouem triremes aduersùs eos conciues ſuis ſumptibus celerrimè cōpararunt; illi verò, ſiuè promptiſſimis iſtorum animis, & validis viribus territi, ſiuè pœnitentia, vel patria charitate ducti, aliò eorū claſſem dire-

xerunt. Verùm, alij firmata in eius maieſtate Republica, ad Oriẽtem versùs cum eiſdem viginti nouem triremibus Chium, celeberrimam Ægæi Maris Inſulam, aliaque loca Patriæ imperio ſumma fide, & fortitudine adiecerunt; eaque, Reipublicæ primùm, Conſtantinopolitanorum Cæſarum deindè beneficio, ſaluo ſemper Patriæ iure, vſq; ad annum 1566. vnanimi conſenſu, nouoque exemplo, ſub Mahonẽſium cœtu, & vocabulo, dominati ſunt; in illaſq; partes, magno cum Chriſtianorum emolumento, Latinum ritum inuexere, & propagauere. Prout quoq; reſpectiuè teſtantur Auguſtinus Iuſtinianus in Annalib. Genuen. lib. 4. ſub anno 1346. pag. 133. & ſeq. Paulus Interianus in Compendio Hiſtor. Genuen. lib. 4. pag. 108. & ſeq. Vbertus Folieta in hiſt. Genuen. lib. 7. pag. 288., & infrà; Iacobus Boſius in hiſt. Relig. S. Io: Hieroſolym. par. 3. lib. 36. Hieronym. Catena in vita Papæ Pij V. Michael Plodius in Progenie S. Dominici in Italia, in Cœnobio S. Dominici Genuæ, in Vita Cardinalis Vincẽtij Iuſtiniani; Paulus V. in Diplomate erectionis Baſſani in Marchionatum, in perſonam Vincentij Iuſtiniani, anno 1605. Thuan. hiſt. ſui temporis tom. 2. lib. 39. pag. 369. & ſeq. Franciſcus Zazzara de Italiæ Nobilitate in familia Iuſtiniana, Raphael Turrius, in oratione habita, an. 1611. coram Senatu Genuenſi, in Inauguratione Alexandri Iuſtiniani, quinti è gente noſtra Reipublicæ Ducis, Io: Auguſtinus de Lenguelia in bello Genuenſi aduersùs Alphonſum, Aragoniæ Regem; Horatius Turrius; Reginaldus Sgãbatus, & Io: Baptiſta Dadecius in orationibus coram eodem Se-

natu,

natu,anno 1644.habitis, in Inauguratione Lucæ Iuſtiniani Ducis eiuſdem Reipublicæ, Auberius in hiſt. Cardinalium, in Vita Card. Vincentij Iuſtiniani; & Auguſtinus Calcaninus in Sacris Palmis Genuen.& Author in glorioſo obitu octodecim puerorum Iuſtinianorum lib. 1.) Ita vt, attenta monadis ſignificatione,& inſpecta hiſtoriæ veritate, iſti Mahonenſes, Patriæ libertatis,& dignitatis, ac Religionis Catholicæ defenſores, & propagatores appellari meritò poſſint. De huiuſmodi autem Inſulæ acquiſitione, & Mahonenſium in illa regimine Laonicus Chalcondila de rebus Turcarum lib. 10. hæc inter alia ſcribit: *Deindè venit Inſula hæc in Ianuenſium ditionem, qui, cum non multum temporis interueniſſet, aduenerunt cum triremibus, vt Vrbem eam caperent. Hi nec populi, nec magiſtratus conſenſu, & voluntate miſſi erant, vt Inſulam in ditionem reciperent, verùm ſua ſponte, cum eſſent nouem familiarum Viri Principes à domo profecti Inſulam eam ſubegere. Ex eo tempore communi conſilio, magna concordia, Vrbem gubernarunt, verùm in rebus gerendis modeſtia elucexere. Tandem Vrbis, & Inſulæ partes emerunt viri Ianuenſes, qui plurimùm pollebant opibus, propter maſticis redditum, & prouentum. Inſula namq; iſta in Mari Aegeo ſita, maſticis fructum reddit vberrimum, & qui huic operi ſunt intenti lucra multa ferunt. Nec autem minùs remota ab Aſia eſt, quàm prædicta, ſiquidem ſtadijs maximè quinquaginta ſeptem ab ea diſſita eſt. Gubernatur à principibus illis nouem, qui primò eam Inſulam ſui iuris fecerunt, nec non ab alijs, qui poſtmodum patrias Vrbes in ea Inſula à Græcorum Regibus redemerunt. Metropolis Chij optimis regitur*

Digitized by Google

*gitur legibus,nec vlli omnium Vrbium, quæ in iſtis In-
ſulis freqnentantur, diſciplinæ ſanctitate inferior eſt.
Redditus habet largiſsimos, qui, incredibile eſt dictu,
quãtas opes ſuppeditent his,qui eã regunt.* Sed Folieta
in præfata hiſt. Genuen.lib.10. pag.217. occaſione
victoriæ,ann.1436. obtentæ à Genuenſibus contra
Alphonſum,Regẽ Aragoniæ,ſumpta,& eiuſdem de-
ditione Iacobo Iuſtiniano; Chij Mahonenſi, facta,
fuſiùs, & clariùs: *Expugãtus*, inquit, *tandem inuictus
animus precibus eſt,quare conſilijs acquieſcens, nomina,
ac ſtatum fortunæ nauarchorum Genuenſium ſibi edi
poſtulat* (ſcilicet Rex Alphõſus) *omnibuſq; Blaſio præ-
ſertim Præfecto,decus dediti Regis ſumma ope petenti-
bus,Iacobo Iuſtiniano, cuius familia cũ Chij rerũ potire-
tur,iureque ſignandi aurei nummi eſſet inſignis, deditio-
nem fecit. Hìc neceſſariò nobis paullùm è via exceden-
dum eſt,atque aperiendum, quemadmodum gens Iuſti-
niana dominatum nobilis Inſulæ, partim Genuæ ipſius
patriæ, partim exterorum Principum conceſſu, adepta
ſit. Quam rem ad hunc locum facere diſtulimus; vt ſe-
riem iam inde ab initio repetitam continuaremus; quam
ſæpe interruptam interpoſitæ res minùs perſpicuam fe-
ciſſent. Inſulæ Chij, atque vtriuſque Phocææ in ora Aſiæ
imperio, ductu Simonis Vignoſi, Genuenſibus parto, claſ-
ſeque victrice Genuam reuerſa, magiſtri nauium, quo-
rum ſumptibus expeditio facta fuerat, ac bellum altum,
ſibi de impenſis factis, ac de pecunijs Reipublicæ mutuo
datis ſatisfieri poſtularunt. Cum exhauſtum ærarium tã-
to æri alieno ſoluendo non eſſet, vectigalia partæ Inſulæ
illis ad certum tempus oppignorata ſunt; quæ, niſi intra
præſtitutam diem à Republica redimerentur, loco ſolu-*

tionis

tionis creditoribus cederent, ſimulq; cum illis Inſula, & vtriuſque Phocææ vtilis, quē vocant, dominatus; ſummo Imperio, quod merum, & miſtum Iuriſconſulti appellant, ac iure gladij Reipublicæ ſaluo. Quod creditorum corpus, Monas, Græco vocabulo, nominatum eſt. Hæc Monas, Vectigalibus non redemptis, vtili dominatu vti inſtituit, magiſtratum ex ſui corporis hominibus Reipublicæ Chienſi, ac rebus gerendis præficiens; quatuorque viros, ipſius Monadis ſuffragio creatos, nominans, ex quibus Genuenſis Magiſtratus Prætorem legit, qui Iuriſdictioni Chij præſit. Hæc monas per varias occaſiones, varijſque temporibus, omnis ferè à familia Iuſtiniana occupata eſt. Quæ, cum capitum, & larium numero frequentiſſima eſſet, ac diuitijs florens, portiones cæterarum familiarum partim pretio, partim iure affinitatum, & ſucceſsionum, alijſque legitimis titulis ſibi parauit. Huius familiæ non nulla pars Genuæ ſubſtitit; multo maxima, inteſtinorum malorum, ac domeſticarum diſcordiarum pertæſa, Chium, tamquam in quietiores ſedes, ac domicilium commigrauit; Vrbemque tàm extra, quàm intra pomærium magnificentiſsimis [illegible] frequentauit, & ornauit; cum centum amplius [illegible] familiarum eſſent. Cæterum, cum, Baiaz[illegible]um Principe à Tamerlano Tartarorum Imperatore acie victo, ac capto, Conſtantinopolitani Cæſares, periculo à Turca ceruicibus imminenti liberati, reſpirare cæpiſſent; ingens metus Iuſtinianis eſt iniectus, ne Cæſar vires paullatim aſſumens, Inſulam veteris Iuris Conſtantinopolitanorum Cæſarum, quam Genuenſes quinquaginta amplius ante annis illis abſtraxerant, armis repeteret, quibus ipſi haudquaquam pares eſſent. Quare in omne obſequij genus

nus

nus compoſiti;illius ira mitigata,Inſulam ab illo fiduciariam impetrarant; quam ille genti, ac nomini Iuſtiniano conceſſit,cum Iure Aurei nummi ſignandi. Quod ius Iuſtiniana gens perpetuò vſurpauit ;quingentorum perparorum anniuerſarium vectigal in Cæſaris veſtiarium ex conuentis pendens. Animaduertendum omninò eſt, Inſulam hanc fuiſſe à Caloioanne Palæologo Imperatore, anno MCCCLXIII. die VII. Iunij,Iuſtinianis conceſſam, vt patet ex Inueſtituræ diplomate,cuius tranſumptum apud pleroſque Genuæ,& Chij ſeruatur;& huiuſmodi diploma apparet emanatum in perſonam Petri Iuſtiniani Reccanelli, (à quo ego per lineam maſculinam deſcendo) pro ſe, eiuſque ſocijs,& enuntiatur à Sgambato loco citato, & à Franciſco Martio in epiſtola dedicatoria Orationis Ioſephi Martij,& in Bibliotheca Vaticana repoſitę.Eademque donatio à Iuſtinianis,pro pretio tercẽtorum quinquaginta millium perparorum pecunia numerata ſolutorum,obtenta, vt colligitur ex diuerſis ſcripturis in d.lib.obitus octodecim puerorũ Iuſtiniano[illegible] enũtiatis,fuit deindè ab eodem Cæſare in p[illegible] Thomæ Iuſtiniani,pro ſe, eiuſque ſocijs,anno MCCCLXVII.die 14.Iunij confirmata, vt videtur in ipſo diplomate, quod apud Io: Antonium Iuſtinianum, nunc Reipublicæ Senatorẽ, Genuæ ſeruatur.) *At Turcarum potentia in Aſia in immenſum creſcente, atque omnibus finitimis Regnis formidoloſa facta; Iuſtiniani,vtraque Phocæa iam à Turca occupata, Inſula quoque Chio timentes, fœdus cum Mehemete Calepini Turcarum Regis filio,oratoribus ad illum miſſis,inierant. Quo fœdere Iuſtiniani anniuer-*

uerſarium tributum quatuor florenorum millium pendere abſtricti, in amicitiam, & fidem à Turca accepti ſunt, facultate illis, ac Iure commerciorum facto, per omnia Aſiæ Regna, quaecunque Ottomanorum Imperio parebant, tutoque acceſſu, & receſſu omnibus negotiationis cauſſa Chium commeantibus, etiam Turcarum hoſtibus dato; defenſioneque Iuſtinianorum, Chij Dominorum (ita enim illos in Diplomate appellat) aduerſus quoſcunque ſuſcepta; cum ſolemni iureiurando promiſiſſet Turca Iuſtinianos à ſe, Succeſſoribuſque ſuis inuiolatos fore; illorumque res intactas. Quo fœdere ſancito, Inſula opulentis commercijs celebrata eſt, atque incolis frequentata, quæ ad nonaginta millia capitũ numerum aſcenderent. Eiuſque vectigalia aucta ad ſexaginta anniuerſaria aureorum nummum millia, partim ex Maſtice, qui nullo alio Orbis loco naſcitur, partim ex portorijs, partim ex ipſorum incolarum tributo. Iuſtinianorumque opes, & dignitas in immenſum creuit. Qui tùm egregio muro Vrbem totam cinxerunt, validis circum propugnaculis firmato, per amplaque, ac profunda foſſa circumducta, in quam mare exceptum totam Vrbem circumluit. Iuſtinianorum Inſignibus porta Vrbis ſuper poſitis, in celebrioribuſque Vrbis, & muri locis affixis. Decimo octauo poſt anno, idem ius fiduciæ, eademque fœdera, & pacta cum Ioanne Palæologo Conſtantinopolitano Caſare, eo, qui Florentino Concilio interfuit, renouata ſunt. Ceterum tanta fuit in Iuſtinianis modeſtia, eaque Patria caritas, vt nunquam ſummi Imperij titulo, ac nomine Genuam parentem Vrbem fraudarint; aut vſum Pratoris, qui Iuriſdictioni praeeſſet, Genua accerſendi intermiſerint. Cum incolæ ſolemni illa, ac ſtata anniuerſaria ac-

S *clama-*

clamatione, ut mos eſt genti Græcorum, Iuſtinianos Dominos agnoſcant, & ſalutent. Idem ius fiduciæ, eademque pacta poſt pugnam hanc, quam modo ſcripſimus pugnatam, à Turca Conſtantinopolitano Imperio; & Vrbe potito confirmata ſunt. Iuſtiniani igitur Inſulæ dominatu ſibi ſtabilito, ſingulas eius Præfecturas, quæ tredecim omnino ſunt, tredecim ex ipſis quotannis in orbem lecti, ſinguli regendas accipiunt. Illaque eſt neutiquam vulgaris huius claræ Gentis commendatio; quod, cum ceterum octo familiæ, quæ caput ſupra ceteras extulerunt, S... A... G... F... A... F... M... G... ad ſummam potentiã, ſummaſque opes malis publicis magna ex parte peruenerint; ex diſcordijſque Ciuitatis creuerint, vna Iuſtiniana gens ad parem dignitatem, parque honoris faſtigium, nulla, niſi ſalubri Reipublicæ parte, nullíſque improbandis artibus conſcenderit. His igitur de cauſsis Alphonſus Iuſtinianam gentem, in deditione facienda, ceteris familijs Genuenſibus meritò prætulit. De Chij tamen dominatu Iuſtiniani, anno 1566. die 17. Aprilis à Solimano, Turcarum Tyranno, magno Religionis Catholicæ damno ſpoliati fuere. De qua iactura ita loquitur Henricus Spondanus, in Continuat. Annal. Eccleſ. Card. Baronij ſub an. 1566. pag. 477. *Priùs,* inquit, *quàm Solimanus Conſtantinopoli diſcederet, mãdatum dedit Piali Baſſæ, maris Præfecto, ut Chium nobilem, & diuitem Inſulam in mari Aegeo inter Samum, & Lesbum, à ducentis amplius annis Genuenſium factã, & Turcis tributariam, in qua familia Iuſtiniana rerum potiebatur, ſuppoſitis quibuſdam prætextibus occuparet. Quod ipſe præſtitit menſe Aprilis in feſtis Paſchalibus: aſtu tamen, non ſanguine; nec direptione, præterquam*

Eccle-

Eccleſiarum. In quarum maxima Sancto Petro Sacra, cum quidam Turcus ciborium, in quo Sacratiſſima Euchariſtia cōdita erat, profanis manibus cōtrectans, Præſule præſente, qui erat Timotheus Iuſtinianus, Ordinis Prædicat. poſteà Strungulenſis, vt colligitur ex Actis Conſiſtorialibus Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, ſub anno 1568, *rogato (erat inſula cultus Latini) nū illic ipſius Deus, & ſuæ fidei myſteria eſſent, illo annuente, ciborium in terram proieciſſet, eo viſo Præſul incredibili dolore perculſus, ſtatim flexis genibus proiecta colligens, me priùs, inquit, oro, interfice, quam hæc ſacroſancta myſteria pedibus conculcari videam. Quo motus barbarus, vltrò ab iniuria temperauit. Iuſsis deindè Iuſtinianorū familijs Caffam, olim Theodoſiam in Taurica Cherſoneſo, deportari, cum vnus, & viginti eorum pueri circiter decennes ex alacrioribus, & magis viuidis Conſtantinopolim adducti, inter Solimani Ephebos enutriendi retenti fuiſſent, & vi circumciſi; nullus tamen eorum in tenera illa ætate induci potuit ad fidem abnegandam: vnde virgis diriſsimè cæſi, penè omnes interierūt. Quorum vnus ſub mortem aſcrictus digitum attollere in ſignum abiuratæ fidei, e contra ita digitos ad pugnū ſtrinxit, vt neque viuo, neque mortuo manus amplius aperiri potuerit. E' Iuſtinianis non nulli, priuſquam deportarentur, libertatem à Piali mercati, in Italiam abierunt. Inter quos extitit Ioſephus, Pater Benedicti, quem poſteà à Sixto Papa V. Cardinalem factum Romæ vidimus. Reliqui poſt aliquod tempus interuentu Caroli Regis Chriſtianiſſimi à relegatione Caffēſi liberati, & patriæ reſtituti fuere; relicta eis vmbra quadam adminiſtrationis, ne Chriſtianis incolis aliò commigrantibus inſula deſer-*

ta remaneret: conceſſoque, quod pro magno beneficio petierunt, vt ex illa inſula nulli in poſterùm educerentur pueri, vt fierent Ianiſſari. De qua Inſulę occupatione, Mahonenſium iactura, Chriſtianitatiſque damno ita conqueritur Boſius loco citato: *Così rimaſe la belliſſima, & ameniſsima Iſola di Scio in poter de' Barbari infedeli. Et i miſeri Moneſi dello Stato loro ſpogliati, e priui. E generò la calamità loro gran compaſsione, e ramarico a' Chriſtiani, con danno anco vniuerſale. Perciò che realmente faceuano quei Signori ſeruigio grande alla Chriſtiana Republica, non ſolamente auuiſando con grand' affettione, e diligenza i Principi noſtri, d'ogni apparecchio, d'ogni inſidia, e d'ogni mouimento, che contra di loro il Turco faceſſe; ma liberauano ogni anno vn numero grande de' Chriſtiani dall'acerba, e dura ſeruitù de' Barbari; riſcattandone anco molti alle proprie ſpeſe loro, &c. Della quale occupatione il Gran Maeſtro, e tutta la Religione ſentirono infinito diſpiacere, e ramarico; per l'antica amiſtà, e buona corriſpondenza, che frà loro, e quei Signori Moneſi era ſempre ſtata, fin de' tempi di Rodi.* Verùm ad præſens, vigore priuilegiorum à Selim Iuſtinianis, vt præfertur, conceſſorum, incolæ tùm Latini, tùm Græci Ritus, excepto campanarum vſu, exercent omnes functiones Eccleſiaſticas, quibus reliqui Chriſticolæ alibi funguntur.

Numer. 51.

Videantur Diodorus Siculus, Nicetas, Gregoras, Theophilactus, Simoncatta, Laonicus, Georgius Syncellus, Zonaras, Cedrenus, Glycas, Con-

Conſtantinus Manaſſes, Iulius Pollux, Theodorus Daphnopates Byzantini, Nicephorus Diaconus Phryx, Lo è Caria, Theodorus Sida oriundus, alterque Theodorus Auguſtanus, Demetrius item Lyzicenus, Protoueſtiarius, Catacuzenus, & Nepos Michaelis Ducę in hiſtoria Byzantina, nuper edita à Bulialdo.

Numer. 52.

CONſulentur ſuprà, ſub num. 51. relati, Pius II. Nicolaus Nicolai, Sanſouinus, Lazarus Sorantius, Turcogræcia, alijque, qui de Turcicis rebus tractant, & Petrus Bellonius obſeruationum lib. 2. cap. 95. relatus à Tiraquello cap. 20. qui ſcribit: *Sed nec illud in hoc capite omittendum eſt, vnam omninò gentem eſſe, ſcilicet Turcarum, qui contraria cæterarum gentium opinione illos exiſtimant omnium nobiliſsimos, qui prorſus ignorant patres, ac matres ſuas, eoſque tenere primos dignitatum gradus poſt ipſum principem.*

Numer. 53.

DE Abdalonimo legendus Curtius lib. 4. Iuſtinus hiſt. 11. Vterq; Author Sidoniæ Regem conſtituit Abdalonimũ. Diodorus autem lib. 17. nõ Sidonis, ſed Tyri Regem declaratum ait.

Numer. 54.

NOmen proprium ſignificat.

Numer. 55.

ARcon, græco vocabulo, nobilis vir vocatur.

Nu-

Digitized by Google

Numer. 56.

NOn abſimilis ſententiæ Tullianæ eſt illa Horatij lib. 1. Epiſt. *Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum*.

Numer. 57.

NVlli, inquit Seneca in Epiſt. *præcluſa eſt virtus, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat: non eligit dominum, non cenſum, nudo homine contenta eſt*.

Numer. 58.

OPtimè Author. *Nam habitus eſt quædam animi qualitas acquiſita ex frequentibus actibus, vel ex vno multum vehementi, à quo anima faciliter diſponitur ad aliquid faciendum.* Ariſtot. lib. prædicament.

Pro noſtrarũ annotationũ coronide nõ reticebo inter Caroli, & Leonardi de Nobilitate opiniones me nullum agnoſcere diſcrimen. Conueniunt enim in nobilitatis eſſentia, quam in virtute conſtituunt. Differunt autem in diuerſis enarrandis diuerſarum gentium moribus, quas nobiles prolibito declararunt. Audio tamen à viris eruditiſſimis, Leonardum veriorem, plauſibilioremque ſequutum fuiſſe ſententiam. Sed reuera nec ipſius opinio mihi ſatis arridet; cum virtutem in ſolo literarum ſtudio reponat, quãdo militaris etiam diſciplina nobilitatem proculdubio gignat. Idque patet quoque ex Platonis ſententia, relata in Florilegio Magno, in verbo Nobilitas: *Plato nobilitatem in quatuor ſpecies diuiſit: nam qui claris, bonis, iuſtiſque maioribus fuerint nati, eos nobiles vocari: quorum item parentes nobiles, ac principes fuere:*

Item

Item vocari nobiles, quorum ſunt maiores fama, & opinione celebres, quam vel ex bellicis rebus præclarè geſtis, vel ex certaminum coronis reportauerunt: alterum eſſe nobilitatis genus, idque præſtantiſsimum, cum quis per ſe animi magnitudine excellit. Cæterum ad Reipublicæ adminiſtrationem in omnibus ferè Regnis nobiles potiùs, quàm ignobiles aſſumũtur, & de iure aſſumi debent, vt probat Tiraquellus de Nobilitate cap. 20. nu. 1. *In primis enim,* inquit, *ad honores, magiſtratus, & dignitatis Ciuitatum nobiles magis aſſumendi ſunt, quam ignobiles, ſuntque cæteris paribus præferendi,* & Romulus leg. 23. & 4. ſanciuit: *Sacra, & Magiſtratus Patres ſoli peragunto: Plebei agros colunto;* eo quia, *conſentaneum eſt*, vt ait Plato in 1. lib. Alcibiadis, *meliores eſſe naturas ex nobili genere, quàm ignobili.* Quod & diſcipulus ipſius Ariſtoteles repetijt lib. Politic. 3. c. 8. dum dixit: *Nobilitatem ob id in honore haberi, quia conſentaneum eſt, ex melioribus ortos eſſe meliores.* Et D. Hieronym. in quadam Epiſtola: *Nihil aliud video in nobilitate appetendũ, niſi quòd nobiles quadam neceſsitate conſtringuntur, ne ab antiquorum probitate degenerent. Quò nobiliores*, vt ſubiungit Plato in conuiuio, *eò magis ad immortalem virtutem contendunt.* Aliam etiam refert rationem Cicero, tametſi homo nouus, pro Sextio: *Omnes,* inquit, *boni, ſemper nobilitati fauemus, & quia vtile eſt Reipublicæ nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis, & quia valet apud nos clarorum hominum ſcuex de Republica meritorum memoria, etiam mortuorũ.* Panorm. in c. venerabilis, col. 2. de præb. dicit, *quòd maiorum nobilitas poſteros ad virtutes ſuo exemplo excitat.* Ideo-

que

que Tullius loc.cit. *Vos*, ait, *adoleſcẽtes, qui nobiles eſtis, ad maiorum veſtrorum imitationem excitabo.* Et in 2. in Verrem. actione, *Circumſtant te ſummæ authoritates, quæ te obliuiſci laudis domeſticæ non ſinant, quæ te dies, noctéſque commoueant, fortiſsimum tibi patrem, ſapientiſsimum auum, grauiſsimũ ſocerum fuiſſe*, Saluſtius autem in proœmio belli Iugurthini, *ſæpe*, inquit, *audiui ego Quintum Maximum, publicum Scipionem; præterea ciuitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos ita dicere, cũ maiorum imagines intuerentur, vehementiſsimè animum ſibi ad virtutem accendi: ſcilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in ſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregijs in pectore creſcere, neq; priùs ſedari, quàm virtus eorum famam, & gloriam adæquauerit.* Et nõnulli Principes, qui apud Io:Chokier. in Theſ.Politic. Aphoriſ. lib.5.c.3. ſpretis nobilibus, plebeios in Regni gubernatione adhibuere, res turbulentiſſimas reddiderunt. Et denique, licet de Iure literatos nobilibus præferendi ſint, vt teſtatur, pluribus cõgeſtis, Tiraquellus loco citato, tamen in Republica præſertim Veneta, & Genuenſi non præferuntur, nihilominus cauſæ, quæ ad Iuris prudentiam pertinent, profeſſoribus tàm nobilibus, quàm ignobilibus decidendæ ſine diſcrimine cõmittuntur. Apud Tiraq.l.cit.cap.1.& Fabian.Iuſtinian.in Indic. Vniu.Alphabetic. habentur Authores, qui de Nobilitate ſcripſerunt; quibus addo Taſſum in Dialog. de Nobil.Io. Chokier loc.cit. Ant.Colluraſſum de Nob. Veneto c.17. Taſſonum in lib.qui inſcribitur, Penſieri diuerſi l.8. quiſ.19. & alij, quos, breuitatis cauſa, omitto.

F I N I S.

INDEX ALPHABETICVS
RERVM NOTABILIVM

In hoc Libro contentarum

PER D. LVPVM ANTONIVM PICCIVM Archipresbyterum Sancti Angeli de Scala elaboratus.

A

ABellinenſium Principis ſtudia, & laudes. In Epiſtola dedicatoria.

Abdalonimi ex Regia Perſarum ſtirpe laudes. 89. *vbi regnauit.* 137.

Adam quare nobilis, licet pauper. 76.

Admonitio ad Principes ſalutaris. 105.

Aegyptiorum nobilitas ex militia. 12.

Agathoclis laus, eiuſq; nobile dictum. 61. *etiam laude dignus contra Chienſem.* 113.

Agricultura nobilitati non derogat. 117. *eius cultores. Ibid. & ſeqq.*

Alemannorum nobilitas in quo conſiſtat. 10. *A vera nobilitate reÿcitur à Poggio.* 17.

Alphonſus Aragoniæ Rex victus à Genuenſibus. 130. *eiuſq; deditio Iacobo Iuſtiniano. Ibid.*

Ambroſÿ Camaldulenſis merita in Rempublicam, & laudes. 95.

Amoris coniugalis exemplum memorabile. 98. *& ſeq.*

Anci virtutes vitia æquarunt. 26.

Andreoli Iuſtiniani ſtudia. 95.

Angli. Lege Britanni.

I *Ani-*

Animarum fauore multa diſsimulanda. 104.
Animi magnitudo quibus temperari debet. 82.
Animus generoſus, ſi magna appetit, humilia deſpicere non debet. 82.
Anibalis laus. 26.
Antiqui quem vocitabant nobilem. 5.
Antiſtenis opinio. 32.
Antoninus Pius diligens agricultor. 117.
Arcon dicitur nobilis apud Græcos. 137.
Ariſtidis laus. 23.
Ariſtotelis laus. 21. *qui nobiles apud ipſum*. 27. *eius nobilitatis plus participauit Theophraſtus diſcipulus, quàm Nicomacus filius*. 38. *eius doctrina, non filijs magis, quàm alijs profuit*. *Ibid. locus politicorum exponitur, ac ad mores, non ad generationem trahitur*. 58.
Attilius ab aratro ad ſceptrum vocatus. 77. & 121.
Auguſtini dictum de paupertate Romana. 61.
Authores de Genuenſium Origine tractantes. 124. *deq; Venetorum*. *Ibid.*
Authoris circa Chienſis, & Poggi opiniones de nobilitate ſententia. 138. & ſeqq.

B

B *Aiazetus Turcarum Princeps victus à Tamerlano*. 131.
Bello gloria acquiritur. 27. & *nobilitas*. 138.
Benedicti Triuiſani ortus, & (virtute duce) progreſsus, eiuſq; notabile dictum ad matrem. 60.
Benegenitus quis dicatur. 58.
Bona fortunæ conferunt ad nobilitatem. 27.
Bonum quid eſſe opinatus eſt Cicero. 56.
Britannorum (hodie Anglorum) nobilium vita, in quo poſita. 11.

Cap-

C

Cappellacij qui apud Iannenſes. 85.

Caroli Poggij Vita poſt paginam quartam.

Carolus Magnus factus Imperator à Leone Tertio. 123.

Catonis laus. 30.

Chios Inſula Maſtichen producit. 107. & 108. *non miraculoſè, vt alij affirmant, poſt martyrium Sancti Iſidori probatur*. 111. & *ſeq. Quo tempore venit in Genuenſium poteſtatē, & quomodo, & noua ratio regendi Rempublicā in ea introducta*. 127. *Quanto tempore eam poſſederunt*. 128. *Quomodo, & à quibus acquiſita, eius laudes, feracitas, & optima ſe regendi forma*. 129. & *ſeq. Lege Iuſtinianorum. Eius occupatio, & præſens ſtatus*. 134. & *ſeqq*.

Cicero non vituperauit mercaturam ſi opulenta, nobilitati tamen non admiſcuit. 14. *nobilitauit ſuum genus*. 17. *Quid bonum eſſe cenſuit*. 56. *eius opinio de nobilitate* 33. & 139. *eius libertus nobilior, & quare*. 38.

Cincinnatus Dictator, poſt partam victoriam ad aratrum reuerſus eſt. 78.

Cirus Perſarum Rex, proprijs manibus agrum conſeuit. 117.

Ciuis egregius, ſeruator honeſti, nobilis erit. 37.

Claris orti parentibus, deficientes à virtutis ſplendore, nobiles non videntur. 74.

Cleantes Philoſophus nobilior Pericle, & Themiſtocle. 34. *ex pauperrimo, ſapientia clarus emicuit*. 73. *eius tolerantia, paupertas, & lucerna celebris*. 120.

Conſtantini Magni donatio Eccleſiæ facta probatur. 121. & *ſeq*.

Conſtantinopolis occupatio. 45. & *ſeq*.

Conſuetudo morum magiſtra, quæ à recta ratione non abeſt, tam-

Digitized by Google

quam dux eſt ſequenda. 13.
Corporis bona conferunt ad nobilitatem. 27.
Curia non facit nobilem. 73.

D

Dauid ex pecore ad Regnum ſurrexit. 72.
Deiotarus Rex ob agriculturam laudatur. 117.
Degenerantes à clariſsimis parentibus, nobiles non ſunt cenſendi. 64.
Demetrius Philoſophus nobilior Pericle, & Themiſtocle. 34.
Dignitates non reddunt hominem nobilem. 15.
Diogenis dictum de nobilitate. 30. *eius conſtantia*. 61. *humanarum diuitiarum contemptor, eius habitatio*. 112.
Diuites non ideo nobiles debent putari. 14. *Aut iniqui, aut iniquorum hæredes*. 15. *Tales facti ſine proprio labore inertiores ſunt in diuitiarum cuſtodia, quam ſi ſuo ſudore acquiſita fuiſſent*. 39.
Diuitia neq; bona, neque mala. 27. *conferunt ad nobilitatem*. 27. & 28. *Homines deteriores faciunt*. 29. *naturales non obſunt, niſi propter abuſum, acquiſitæ verò maximè: illa .n. ad neceſsitatem, hæc ad ſuperfluitatem, & faſtum parantur*. 68. *Secundario conferunt ad nobilitatem, ſicut accidentia ad corporis præſtantiam*. 77.
Dominici Gatiluſij celebris amor coniugalis. 96.
Donatio Conſtantini probatur. 121. & *ſeq*.
Ducalis dignitas Veneta, olim, & nunc apud quos. 125.
Dyſcolos poſſe, mutata conditione,, nobiles fieri, exemplo Flacci probatur. 74. & 75.

E

Ccleſia donatio à Conſtantino facta. 121. & *ſeq*.
Eccleſia Orientalis cum Occidentali vnio. 45.

Ele-

Electio Imperatoris à quo, & quibus conceſſa. 123. *& ſeq.*
Equeſter ordo, apud Romanos, non erat nobilitatis inſigne. 16. *eſt apud nos.* 17.
Equitum Hieroſolymitanorum mæror in Chij occupatione. 136.

F

Fabricij continentia, & conſtantia. 61. *eius Pyrrho reſponſum.* 114.
Filij inertes, & reprobi, licet ex virtuoſis, nobilibuſq; orti parentibus, nobiles non videntur. 15.
Flaccus ex dyſcolo nobilis efficitur. 74. *&* 75.
Florentini in quo conſtituunt nobilitatem. 9. *Plures ignobiles, quàm nobiles in Senatum aſſumunt.* 70. *Viles ſine opportunitate ad magiſtratum.* 86.
Fortuna bona conferunt ad nobilitatem. 27.
Fortuna extollit vulgares. 73.
Francorum nobilitas defenditur. 78. *&* 79.
Fortis non eſt minus, qui cum vitijs, quàm qui cum hoſtibus bellum gerit. 37.

G

Gallorum nobilium vita. 10. *à nobilitate reijcitur.* 17. *defenditur.* 78. *&* 79. *Seminobiles qui.* 11.
Gatiluſiorum familia. 103. *eorum imperium quando in Lesbo incepit, & quando finiuit. Ibid.*
Generoſitatis claræ ſimulachrum quod. 91.
Genuenſes, ſiuè Ianuenſes omnes negotiationi dediti. 10. *eorum antiquitas.* 83. *ambitio damnatur. Ibid. damna Reip. ex hac* 84. *eorum Reip. ordines quatuor.* 85. *Infimi qui apud illos.* 16. *eorum politica in aſſumendis infimis ad Senatum Antianorum.*

Digitized by Google

norum. 86. eorum perpetua diſsidia in regenda Rep. & mala inde ſecuta. 126. Recentiorum animorum coniunctio laudata. Ibid.

Germanorum nobilitas in quo poſita, 10. defenditur. 78. & 79.

Geſtus ſtrenuus qui. 91.

Græcorum nobilitas ex Principis conſuetudine ortum ducit, id quod diuitem, non autem nobilem reddere poſſe hominem oſtenditur. 87. Græci taxantur. Ibid.

Gregorius V. primus conceſsit ſeptem Electoribus poteſtatē Imperatorem eligendi. 123.

H

Habitus fit ex frequentatis actibus, nunc ſimilibus, nunc diſsimilibus. 63.

Hebræorum ruina vnde. 67.

Hieronymi ſententia de Tito Liuio. 117.

Hiſpaniarum duplex nobilitatis ratio. 11.

Homines virtute inſignes loca ſignis, ac imaginibus nobilitarunt. 4.

Homo honorat locum, non locus hominem, veluti lucerna lumine ſplendeſcit domus, non è contra. 73.

Honores, & res geſta omnia ſine virtute nobilitatem non pariunt. 29. 30.

I

Ianuenſes, vide Genuenſes.

Imagines eorum, qui gloria, & ſapientia floruerunt, multum conferunt ad excitandos animos ad virtutem. 4. & 140.

Imperatoris electio à quo, & quibus conceſſa. 123. & ſeq.

Infimi qui apud Ianuenſes. 85.

Inuenta facilè poſteriores expoliunt, augent, & immutant. 2.

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes Criſpus Dux Inſulæ Naxienſis à Selimo expulſus. 103. 104. 105. *eiuſq; olim arrogantia à Pio IV. diſsimulata, & quare*. 104.

Ioannis Iuſtiniani virtus commendatur. 46.

Ioſephi Baptiſtæ circà Chienſis, & Poggij opiniones de nobilitate ſententia. Vide eius Epiſt. poſt dedicatoriam.

Iſidori Martyrium vbi, & quando patratum. 112.

Itali virtutes omnes, & diſciplinas cæteris nationibus præbuerunt. 8. *eorum nobilitas*. 79.

Iudicium de vtriuſq; auctoris ſententia. 138.

Iuſtinianorum familia in Inſula Chio tranſitus. 131. *eius ius ſignandi aurei nummi*. 132. *A Caloioanne Palæologo Imperatore quando eis conceſſa*. *Ib. Quanti empta. Ibid. Tributum, quod ſoluebant Ib.* & 133. *Illam ditarunt, muris, foſſaq; muniuerunt*. 133. *eorum erga Patriam fides*. *Ib. laus*. 134. *Quando, & à quo Inſula ſpoliati*. 134. *Quò relegati*. 135. *Quando, & quomodo reſtituti. Ib. ſtatus eorum ad præſens*. 136. *eorum Puerorum Martyrium*. 135.

Iuuenalis opinio de nobilitate. 33.

L

Laurentij de Medicis laus. 3. 101.

Leonardi Chienſis Archiepiſcopi Mytilenſis vita. 43.

Leo Tertius tranſtulit Imperium in perſonam Caroli Magni, & diſpoſuit de Imperatoris electione, confirmatione, & iuramento fidelitatis. 123.

Lesbus Inſula dicta Mytilene Franciſco Catiluſio in dotem tradita. 96. & 103.

Lenis, ægriq; animi indicia. 57.

Liberalitatis præcipuum inſigne, magis dare, quàm accipere. 81.

Libertus

Digitized by Google

Libertus Ciceronis *nobilior fuit eiuſdem filio, & quare*. 38.
Litterarum ſtudium facit nobilem. 59.
Lombardorum, ſeù longobardorum nobilitas qua. 10. & 82.
Luchini Gatelusij laus. 54. *ex* Principibus *Lesbi ortum ducens*. 59. *eius execrabile ſcelus*. 96.
Lucerna lumine ſplendeſcit domus, non è contra, ſic homo honorat locum, non locus hominem. 73.

M

MAiorum tantum virtus non facit nobilem. 14. *Maiorum ex gloria, ac ex Patria aliquid in poſteros redundare cōceditur*. 37. *Maiorum virtutes reddunt poſteros illuſtriores, Ciceronis authoritate probatur*. 35. & 139.
Mahonenſium cœtus vrbis Chienſis laudatur. 87. *Mahonenſes patriæ libertatis, fideiq; Catholicæ defenſores*. 129.
Marci Catonis *laus*. 69.
Marci Cornarij Veneti laus. 74. *Quis ille fuit*. 120
Marius nobilitauit genus. 17.
Martyrium S. Iſidori quando patratum fuit, & vbi. 112.
Maſtiche quomodo, & vbi colligitur. 109. & 110. *eius vſus*. 111. *miraculosè producitur ſecundum aliquos, quod verum non eſſe probatur. Ibid. & ſeq.*
Melius eſt ruditer, atq; indoctè, quàm nihil ſcribere. 3.
Mercatura, & res ruſtica à Neapolitanis vili habita. 8. *A Venetis magni aſtimata*. 8. & 9. *Mercatura à Romanis vili, res ruſtica, & pecuaria magni putata*. 9. *Mercatura ab omnibus ſapientibus abiecta*. 14. *Qua mercatura indigna quaq; digna nobilibus*. 81.
Monadis ſignificatio. 127. & 131.
Montisferrati Marchionis nobilitas. 82.

Mun-

Digitized by Google

Mundi nobilitas, non modo ſpiritum, ſed corpus etiam perfice-re ſatagit. 79.
Mytilene Inſula, vide Lesbus.

N

NAturales diuitiæ, & acquiſitæ. vide Diuitiæ.
Neapolitani in quo nobilitatem conſtituunt. 8.
Nicolai Nicoli, ſeu Nicolini laus. 3. & 100.
Nicolaus Piſanus captus à Pagano Auria. 116.
Nobilitatis nomen latè patet. 1. Priſci varijs loca ornando illam comparabant. 3. & 4. Vera ex Virtute. 4. & 17. Quibus alijs rebus comparetur. 4. nomine conuenit apud omnes, re autem diſcrepat. 6. ſtultum eſt credere oriri à vitio. 7. ſi qua eſt, eaq; à certa ratione proficiſcitur, vna eademq; apud omnes eſſe debet. 6. Virtus cum ſit vna, & eadem ſemper nobilitatem parit. 7. Neapolitani in quo eam conſtituunt. 8. In quo Veneti. Ibid. In quo Romani. 9. horum nobilitas longè diſtat à Neapolitana. Ibid. Florentini in quo ponunt. Ibid. nobilitas Longobardorum. 10. & 81. Germanorũ 10. Alemannorum. Ibid. quæ à vera reijcitur. 17. Gallorum nobilium vita. 10. reijcitur. 17. Galli ſeminobiles. 11. Anglorum nobilitas. Ibid. Hiſpanorum duplex nobilitas. Ibid. Græcorum nobilitas. 11. an ſit vera 17. Aegyptiorum nobilitats ex militia. 12. Sirorum. 12. Teucrorum. Ibid. Sarmatum. Ibid. An procedat à maioribus. 13. & 14. An à mercatura, vide Mercatura. An à diuitijs, vide Diuitiæ. Nobilitas nulli vitio, aut ſceleri debet eſſe communis. 15. An procedat à dignitatibus, vide dignitas. An à parentum antiquitate. 15. An à venatione. 15. An ab ordine equeſtri. 16. & 17. An proueniat ab extrinſeco. 18. Nobilitas vulgò decantata eſt nulla. 18. Nullus poſuit eam in malis, Ibid. Si in bonis ſita eſt, aut ſunt animi, aut corporis,

Digitized by Google

ſut fortuna, Ibid. Non eſt in bonis fortunæ, quia eorum poſſeſſores diuites, non nobiles vocitantur; nec in bonis corporis, quia ceſſaret ijs ceſſantibus: ergo in bonis animi, quæ virtutes ſunt. 18. An verè conſiſtat in virtute diſputatur. 8. & ſeqq. Nobilitas à vulgo iactata, cum non reddat hominem ſapientem, doctum, prudentem, iuſtum, fortem, diuitem, & nihil eſſe videtur 19. & 20. In virtutibus, antiquis diuitijs coniunctis Ariſtoteles poſuit. 21. & 56. eius opinio reijcitur, & rationibus, & exemplis Publicolæ, & aliorum demonſtratur. 22. & ſeqq. Inconuenientia, quæ ex illa conſequerentur. 26. eadem Ariſtotelis opinio defenditur. 27. & 28. Nobilitatem ſucceſſione non trahi exemplis comprobatur. 24. Patria, Diuitiæ, bona corporis, & fortunæ conferunt ad nobilitatem. 27. & 28. Honores, & res geſtæ, cæteraq; omnia an conferant ad nobilitatem. 29. & 30. Nobilitas vera ex virtute procedit. 30. & 34. Diogenis dictum. Ibid. Stoicorum ſententia. 31. 32. & 39. Refellitur. 36. Plato quadrifariam partitur, & quæ ſit vera. 31. & 138.

Nobilitatis definitio vera, & germana. 32. Senecæ ſententia. 33. Iuuenalis opinio. Ibid. Nobilitas hæreditaria aridiores reddit poſteros ad quærendam laudem, ſatis ſibi eſſe cenſentes ſuperiorum recenſere probitatem. 39. Nobilitas eſt bona, ſi virtutem non deſerit. 56. Nobilitatis nomen vnde ducunt latini, quam abſtrahunt à virtute, illamq; quaſi ſimulachrũ gerere virtutis affirmant. 57. Nobilitas eſt accidens, non ſubſtantia, aut aliqua virtus, ſed omnium virtutem ſpecimen repræſentat. 61. Vera, quæ à ſapientia, & virtute. 62. opes ſunt eius ornamentum. Ibid. Eſt duplex, oſtentata vna clara altera; prima ex ambitione, ex virtutis radice altera procedit; prima eſt in ominibus, ſecunda in benè agentibus. 62. oſtentationes ad eam nihil conferunt. 63. Vera in vita

ſancti-

ſanctitate. 64. Norcenorum nobilitas. Ibid. Poggius taxatur nobilitati Florentinorum multum deferens, nihil Romanorum, captus amore patriæ. 65. Res ruſtica, & pecuaria non indigna nobilitati. 66. & 68. Poggij opinio confutatur. 69. Quilibet ſuæ veræ nobilitatis extat initium. 70. Vera in quibus ineſt. 71. Non eſt illa, quæ vetuſtate, & Reip. adminiſtratione conſiſtit, ſed quæ ex virtute, & ſapientiæ originem ducit, ſit artifex, inopſq; poſſeſſor. 72. multis exemplis probatur Ibid. & ſeq. Vnicum nobilitatis exẽplum vita ſpiritualis, teſte Hieronymo. 75. Mundi nobilitas non modo ſpiritum, ſed corpus etiam perficere ſatagit. 75. Eam non antiquitate ſolum conſtare, ſed recenti quoq; virtute, ac gaza probatur. 76. Non ex antiquis opibus, ſed ex noua animi virtute primum, conſequenter ex opibus conſurgit. 76. Diuitiæ igitur ſecundariò conferunt ad nobilitatem. 77. Romanorum nobilitas perpenditur. 76. Germanorum, & Francorum defenditur. 78. & 79. Italorum nobilitas. 79. Nobilitatem arguunt viuendi modus, non diuerſi mores in hominibus. 80. oſtentata, & ficta quæ. 81. Marchionis Montisferrati nobilitas. 82. Nobilitatis munus bonis, honeſtis, & prudentibus eſt aſsignandum. 87. ea in virtute, & animi probitate conſiſtit, non in diuitijs, aut forma corporis. 90. commendatione virtutis eſt menſuranda. ibid. Reliqua vide ſequenti verbo Nobilis.

Nobilis quis rectè dicatur. 5. Quis verè. 6. 80. & 90. Quæ res nobilis. 5. Nobiles bullati qui. 12. Nobilis putatur, qui à ſuis talis habetur. 13. Nobiles Romani qui putabantur. 16. Venatio non facit nobilem. 15. In militia præclarè geſta, reddunt hominem nobilem. 17. & 138. Quis apud Latinos, & Ariſtotelem ſit nobilis. 27. Nobilis potius dici debet, qui paulùm virtute ornatus, excellentes poteſt referre parentes,

quàm qui, maioribus obſcuris, & omni virtutum genere ex cellit. 35. & 36. Nobilis erit, qui procul à Rep. virtuti vacat. 37. Ita animum virtute componere, geſtuſq; corporis moderari debet, vt neminem quoquomodo offendat. 57. Non facit nobilem Parentum antiquitas. 59. Nobilis indignè fert omnem turpitudinem, & intemperantiam. 68. offitiorum ſuffragia non faciunt nobilem. 73. Nec ſedes alta. Ibid. Verus nobilis vbicumq; ſit, ſecum defert ſplendorem. Ibid. ſi quis nobilis ſecum comitem virtutem habeat, parum intererit, vbicumq; degeris. 79. Viuendi modus, non diuerſi mores arguunt nobilem. 80. Nobiles à popularibus, meritis aut demeritis ſunt menſurandi. 90. Nobiliſsimus quis quod Turcas. 137. Reliqua vide verbo præcedenti Nobilitas.

Nomen, vt cum laude vulgetur, quæ ſint neceſſaria. 34.

Norcenorum nobilitas. 64.

Numa caſtis legibus Remp. ſtabiliuit, Tarquinius luxurijs fœdauit. 63.

O

OFficiorum ſuffragia, non faciunt nobilem. 73.

Opes nobilitatis ſunt ornamentum. 62.

Opulenti etiam facinoribus noti, rectè nobiles dicuntur. 5.

Oſtentationes nihil conferunt ad nobilitatem. 63.

Otthobona familia inter patricias à Venetis annumerata. 126.

P

PAdami laus. 92.

Pagani Auria laus. 114.

Papyrij adoleſcentis laus. 69. cur dictus prætextatus. 118.

Parentum antiquitas in filios ſceleribus obnoxios, nobilitatem non transfundit. 15.

Pa-

Parentum antiquitas non facit nobilem. 59.
Patria confert ad nobilitatem. 28.
Petrus Otthobonus Cardinalis laudatur. 126.
Pauſania vitijs, virtutibuſq; deditus. 26.
Philoſophi magni nominis, potius laude paupertatis, quàm diuitijs carere maluerunt. 29.
Philoſophia ducit nos ad ſapientiam, virtutumq; cognitionem. 34.
Philoſophi, qui ſuis ſtudijs, cum ſcriptis hominum vitam, ac mores excoluerunt, nobiliſſimi. 37.
Pictores, ſtatuarij, & opulenti, etiam facinoribus noti, rectè nobiles dicuntur. 5.
Plato quadrifariã partitur nobilitatẽ, & qua ſit vera. 31. & 139. *eius doctrina non filijs magis, quàm alijs profuit*. 38.
Poggius nimis patriæ amore captus Florentinorum nobilitatem præcæteris commendauit, Romanorum poſtergauit. 65. *eius opinio de nobilitate confutatur*. 69. *taxatur*. 80. *Vide eius Vitam poſt dedicatoriam*.
Populus craſſus qui apud Genuenſes. 85.
Poſteri longè diſtantes à parentum imitatione, in eorum locum non ſunt ſubrogandi. 38.
Primi rerum ſcriptores, vt plurimum rudiores. 2. & 56.
Priſci loca varijs ſignis ornabant ad genus nobilitandum. 3. & 4.
Priſtilaus Boemiæ Rex ab aratro ad ſceptrum vocatur. 121.
Pro patria moriendum. 126.
Puerorum Iuſtinianorum martyrium. 135.

R

Rei ruſticæ cultus, ac pecuaria non indigna eſſe nobilitati exemplo primi Parentis, & Patriarcarum probatur. 66. & 68.

Rerum publicarum damna ex factionibus. 84.
Reſpublica felix, ſi Philoſophi regnant, & Principes philoſophantur. 118.
Romanæ vrbis laus, 68.
Romani in quo nobilitatem ponunt. 9. *eorum nobilitas longè diſtat à Napolitana*. *Ibid*. *Nobiles qui putantur apud Romanos*, 16. *eorum laudes*: 67. & 68. *eorum nobilitas perpenditur*. 76. *eorum Imperium continuauit etiam poſt tranſlatum Conſtantinopolim à Conſtantino*. 78.
Romuli virtus plus profuit Romæ, quàm Cæſaris ambitio. 63.
Ruſticæ vitæ laus. 79.

S

Sapiens non poteſt eſſe ſine litteris, ac magna experientiâ rerum. 71.
Sapientum conſilio paruæ vrbes magnæ creuerunt. 63.
Sarmatum nobilitas ex armis. 12.
Scipionis virtus non filios magis, quàm alios nobilitauit. 38.
Sedes alta non facit nobilem. 73.
Senecæ ſententia de nobilitate. 33.
Sertorij laus. 30.
Syrorum nobilitas ex militia. 12.
Socrates ex patre marmorario, & matre obſtetrice, lux totius nobilitatis effectus. 72.
Statuarij, Pictores, & opulenti, etiam facinoribus noti, rectè nobiles dicuntur. 5.
Stoicorum ſententia de nobilitate. 31. 32. & 39. *eadem refellitur*. 36.

T

Tarquinius luxurijs Remp. fœdauit. 63.
Teucrorum nobilitas ex armis. 12. *eorum religio, & mores damnantur*. 88.

Themi-

Digitized by Google

Themiſtaclis vita inconſtans. 25. Eius reſponſum ſcriphio, illum Patriæ laude, non propria clarere iurganti. 28.
Timothei Iuſtiniani pietas. 135.
Tinctor quidam Piſanæ Claſſi Præfectus, poſt adeptam victoriam, ad artem reuertit. 72.
Titi Liuij laus. 67.

V

Valerij Flacci morum mutatio. 121.
Valerianus publicola cur ſic dictus. 114.
Valor quid. 91.
Varro ex macellaria patris taberna ad Conſulatum aſcendit; 72. & 119.
Veneti in quo nobilitatem conſtituunt. 8. eorum origo, & cum Genuenſibus comparatio. 83. Mercaturam magnifaciunt. 8. & 9. eorum ambitio damnatur. 83. Damna Reip. ex hac. 84. laudatur. 126.
Venatio non reddit homines nobiles. 15.
Veſpeſianus Imperator quando regnare cœpit. 112.
Vincentius Iuſtinianus primus Marchio Baſſani. 128.
Virtus eſt quædam diuina res ab omnibus appetenda. 4. Cum ſit vna, & eadem, ſemper nobilitatem parit. 7. Maiorum virtus tantum, non facit nobilem. 14. Virtutem in actione conſiſtere exemplis probatur. 24. Non poteſt admiſceri in eo, quod ſit iniquè. 25. Cum diuitijs rarò ſocietatem contrahit. 25. & 29. Sed manca, & debilis ſine opibus. 28. Virtutum exercitio quiſq; ſibi gloriam parat, ex qua vera nobilitas. 34. Virtus omnibus eſt in promptu. 38. Non eget alterius ope, aut fortunæ adminiculis. Ibid. Cum ſit quid perfectum egere non poteſt, quod eſt quid mancum. 39. Si nobilitatem parit, excitabitur quoſq; ad eam amplectendam. Ibid. Reddit homines

non

non tantum nobiles, ſed beatos, & immortales. 40. extollit ſapientes. 73. Non ſolum ad nobilitatem, ſed ad felicitatem ipſam magnum poteſt praſtare Suffragium. 92. eius habitus quibus comparatur. 91.
Vitia morbus ſunt animorum, vt languor corporis. 57.
Vnio Eccleſiæ orientalis cum occidentali. 45.

F I N I S.

Eiuſdem Picti

In tractatus de Nobilitate, ex antiquitate erutos, notiſq; Illuſtratos ab Illuſtriſſimo Domino Abbate
MICHAELE IVSTINIANO.

EPIGRAMMA.

NIL iuuat egregios doctè pugnaſſe magiſtros:
Tempus inurbanum nobile pignus edit,
Nobilis Athleta viribus, ſed fama reſurgit
IVSTINIANEIS iam rediuiua notis.
Vnde hac nobilitas tenebris emerſa vetuſtis
Non poterat radio nobiliore frui.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google